



# Dissertatio theologica de Christi, e cruce pendentis, vocibus

<https://hdl.handle.net/1874/325365>

## DISSERTATIO THEOLOGICA

DE

CHRISTI, E CRUCE PENDENTIS, VOCIBUS.

DISPUTATIO THEOLOGICA

XXV

# DE CRUCE PENDULIS VOCABUS

LIBER

EXPOSITIO SENSU VULGARE

EXPOSITIONE MELIORIS MEANAE

# SIMONIS KARSSEN

EXPOSITIO SENSU VULGARE

EXPOSITIO

EXPOSITIO SENSU ACADEMICI CONVENTU

EX

EXPOSITIO PRACTICIS THEORETICIS PROPOSITA

# DE OIGNI EXPOSITIONE

EXPOSITIO DE CROCIS PENDULIS VOCABUS

EXPOSITIONE MELIORIS MEANAE

EXPOSITIO DE CROCIS PENDULIS VOCABUS

EXPOSITIO DE CROCIS PENDULIS VOCABUS

EXPOSITIO DE CROCIS PENDULIS VOCABUS

# GERVARDVS JOANNES VINK

EXPOSITIO DE CROCIS PENDULIS VOCABUS

153

DISSE<sup>R</sup>TAT<sup>O</sup> THEOLOGICA

DE

CHRISTI, E CRUCE PENDENTIS, VOCIBUS,

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

**SIMONIS KARSTEN,**

PHIL. THEOR. MAG. LIT. HUM. DOCT. ET PROF. ORD.

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

VENERANDAE FACULTATIS THEOLOGICAE DECRETO,

**Pro Gradu Doctoratus**

SUMMISQUE IN

**THEOLOGIA**

HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA RENO - TRAIECTINA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,


PUBLICO AC SOLEMNI EXAMINI SUBMITTIT

**GERARDUS JOANNES VINKE,**

E PAGO JUTPHAA<sup>S</sup>,

SS. ANTISTITES IN VICO HOEVELAKEN.

A. D. VIII M. OCTOBRIS A. MDCCCXLVI, HORA I.



TRAJECTI AD RHENUM,  
APUD KEMINK ET FILIUM, TYPOGR.

MDCCCXLVI.

ИЗДАНИЕ ПЕЧАТНОЕ

25.

СИДОР ВОЛКОВЪ АРХИЕПІСКОПЪ

26.

СИДОР ВОЛКОВЪ АРХИЕПІСКОПЪ

СИДОР ВОЛКОВЪ АРХИЕПІСКОПЪ

ИЗДАНИЕ ВІНОВНІ

СИДОР ВОЛКОВЪ АРХИЕПІСКОПЪ

27.

СИДОР ВОЛКОВЪ АРХИЕПІСКОПЪ  
ІЗДАНИЕ ВІНОВНІ

СИДОР ВОЛКОВЪ АРХИЕПІСКОПЪ

ІЗДАНИЕ ВІНОВНІ

28.

СИДОР ВОЛКОВЪ АРХИЕПІСКОПЪ

29.

СИДОР ВОЛКОВЪ АРХИЕПІСКОПЪ

СИДОР ВОЛКОВЪ АРХИЕПІСКОПЪ

30.

PARENTIBUS OPTIMIS  
CARISSIMIS

SACRUM.

## OUTLINE

## PRAEFATIO.

---

Tandem mihi contigit, quod jam dudum in votis fuit, dissertationem meam inaugurem absolvere ac publici juris facere. Neque est, quod quis miretur, nunc demum studiorum hasce primitias me in lucem edere, quum biennio plus temporis effluxerit, postquam Academiam Rheno-Trajectinam reliqui. Factum enim est, gratuita Dei benignitate, ut, quod eo saltem tempore paucis contingebat, S. S. Min. Candidatis viꝫ adscriptus, continuo ad sacrorum Antistitis munus vocarer: in quo gerendo tantum habui negotii, ut mihi certe tempus, quod in dissertationem conscribendam impenderem, per biennium fere, si officio meo religiose fungerer, omnino deesset. Quantum autem deinceps otii muneric gravitas mihi concessit, ad consilium, quo numquam plane destiteram, quod vero vix sperabam fore ut attingerem, perficiendum contuli. — De argumenti ratione quod mihi elaborandum sumsi, nonnulla in Introitu praefatus sum. Caeterum disquisitionem de iis, quae Jesus Christus de cruce pendens locutus fuerit, cum valeat ad Conservatoris personam penitus cognoscendam, haud alienam esse a temporis, quo vivimus, ratione, nemo est quin

videat. Eandem autem in se spectatam, Theologo Christiano argumentum etiam exhibere dulcissimum simul ac gravissimum, quisque persentiscit, qui cum summo Paulo Apostolo fateatur: Οὐκ ἔκουσά τι εἰδέναι — εἰ μὴ Ἰησοῦν Χριστὸν, οὐτε τοῦτον ἐσταυρωμένον. Quodsi quae de hoc arguento disputata a me sunt, non prorsus displiceant Viris Doctis, omnem fere hujus rei fructum, Praeceptoribus, quibus in Academia Rheno-Trajectina uti mihi contigit, referendum esse lubenter confiteor. Quamquam enim biennium jam effluxit, ex quo praeclarae illi doctrinarum sedi valedixi, nequaquam tamen memoria excidit egregia institutio, qua ibi frui mihi licuit. Accipite ergo vos etiamnunc grati animi publicam significationem, Clarissimi Viri, Groenewoude, Goudoevere, Visschere et Karstene, quos de literis Hebraicis, Latinis, Nederlandicis ac Graecis exponentes audiri. Utinam gratum item animum significare possem Duumviris, Academiae quandam decoribus, Heusdio et Schroeder, quos Numen supremum morte nobis eripuit. — In primis autem felicem me praedico, propter hoc, quod vobis agere gratias possim, Viri Clarissimi Boumanne et Royaardsi, qui Academiam Rheno-Trajectinam in hunc usque diem condecoratis, quos per triennium studiorum Theologicorum duces expertus sum eximios. Neque institutione tantum vestra, sed consuetudine etiam uti mihi licuit. Namque summa vos semper benevolentia me estis prosecuti. Vos disciplinae Theologicae amorem non solum in me excitastis et auxistis, sed etiam ad gravissimum, quo jam fungor, munus me informastis. Pro tot igitur tantisque in me collatis meritis, meas accipere grates ne dedignemini.

Tibi vero, Carissime Pater! quem simul Clarissimum Promotorem meum compellare mihi licet, quid debeam hic referre vellem equidem, at vero nequeo. Illuxit laetus ille dies, a te quoque, quod scio, diu exspectatus, quo ad summos in Theologia honores, primum doctrinae specimen editurus, adspiro. Illuxit ille dies, quo remunerari quodammodo et reddere possum, quae bona in me per totam vitam conferre numquam desiisti. Non est hujus loci repetere ea, quibus solenni illo die, quo in amoenissimo meo Hoevelaken gravissimum munus auspicabar, te matremque amantissimam compellabam in publicam grati animi significationem. Ne tu quidem illud a me poscis. Accipias benigne Pater Carissime!, hasce studiorum meorum primitias, tuā operis, tuae curae, tui laboris fructum ac praemium qualemcumque. Patri optimo, cui post Deum omnia debet, cui, quod vitā ipsā longe dulcius, post Deum hoc debet, quod Χριστὸν possit πηγεσσειν, καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον, Χριστὸν, θεοῦ δύναμιν καὶ θεοῦ σοφίαν, illud offert pius filius. — Quos autem habui in Academia sodales since rosque amicos, hos ut eodem, quo ego illos, amore in posterum me prosequantur, vehementer rogo. Amicos vero compellans, num te obliviscar, quem inter amicos habui amicissimum, Carissime Frater? Si quis alias, tu mecum laetaris de festo hocce die, qui Dei benignitate jam mihi illuxit. Quoties redeo in memoriam dulcissimi ejus temporis, per quod in domo paternā una versabamur, toties subeunt innumera documenta fraterni amoris, quo a teneris ad hunc usque diem me prosecutus es. Amare me perge conjunctissime Frater! Me autem fraterna caritate te semper prosecuturum, firmiter

*tibi persuasum habeas. Christus autem isque cruci affixus, quem, dulcissima cogitatio! una praedicare nobis contingit, sit maneatque fraterni nostri amoris fundatum. — Tibi vero, Deus O. M! per Christum Patri elementissimo, qui vitam viresque mihi largitus, innumeros aliis beneficiis, quibus me a pueris ad hunc usque diem cumulasti, et hoc addidisti, ut opus hocce feliciter absolvere possem, agantur gratiae immortales. Unum hoc etiam supplex precor, ne tibi Filioque tuo prorsus displiceat hoc opusculum, sed in Tui Illiusque honorem unice cedat!*

Scripsi in vico Hovelaken,  
Die 25 mensis Septembris 1846.

## CONSPECTUS DISSERTATIONIS.

	pag.
INTROITUS. . . . .	1.
Quid temporis, quo vivimus, ratio ferat . . . . .	—
Argumenti gravitas . . . . .	3.
Ejus dispositio. . . . .	4.
<b>Pars I. (Exegetica). . . . .</b>	<b>5.</b>
Tractandi ratio. . . . .	— —
SECTIO I.	
JESU CHRISTI dictum a MATTHAEO et MARCO traditum. . . . .	6.
Germana verborum lectio. . . . .	— —
Loci interpretatio . . . . .	10.
SECTIO II.	
Dicta JESU a LUCA commemorata. . . . .	20.
§ 1. Luc. XXIII:34a. . . . .	— —
§ 2. Luc. XXIII:43. . . . .	36.
Germana verborum lectio. . . . .	37.
Loci interpretatio . . . . .	40.
§ 3. Luc. XXIII:46 . . . . .	49.
SECTIO III.	
De JESU dictis a JOANNE traditis . . . . .	53.
§ 1. Joan. XIX:26 . . . . .	— —
§ 2. Joan. XIX:28 . . . . .	64.
§ 3. Joan. XIX:30 . . . . .	74.

**Pars II.** (Apologetica) . . . . pag, 77.

Disquisitionis ratio et consilium . . . . .	— — —
Numerus dictorum, a Jesu in cruce prolatorum . . . . .	— 80.
Eorum ordo . . . . .	— 81.

**CAPUT I.**

Dubia maxime a STRAESSIO mota refelluntur . . . . .	— 85.
Vindicatur <i>primum</i> CHRISTI verbum . . . . .	— — —
— <i>secundum</i> . . . . .	— 89.
— <i>tertium</i> . . . . .	— 92.
— <i>quartum</i> . . . . .	— 98.
— <i>quintum</i> . . . . .	— 104.
— <i>sextum</i> et <i>septimum</i> . . . . .	— 109.
Verbo monetur de omnibus christi dictis junctim consideratis. . . . .	— 111.

**CAPUT II.**

Ipsius momenti Apologetici expositio . . . . .	— 115.
--	--------

**SECTIO I.**

Momenti Apologetici expositio, habita ratione ipsorum CHRISTI dictorum . . . . .	— — —
§ 1. Ratio, qua CHRISTI dicta Evangelistae tradiderunt . . . . .	— 116.
Forum diligentia . . . . .	— — —
— simplicitas . . . . .	— 118.
§ 2. Dictorum forma . . . . .	— 123.
Sunt brevia ac numero pauca . . . . .	— — —
Cum rerum adjunctis arctissime juncta . . . . .	— — —
Haud unum CHRISTI dictum vel e Prophetarum scriptis derivatum erat, vel cum vaticiniis de Messia editis conveniebat . . . . .	— 125.
Ultima fuere CHRISTI dicta . . . . .	— — —
§ 3. Dictorum argumentum . . . . .	— 126.
Primum singula dicta spectantur . . . . .	— 127.
Deinde secum invicem collata junctimque considerantur . . . . .	— 137.

**SECTIO II.**

Momenti Apologetici expositio, habita ratione reliquae JESU vitae . . . . .	— 141.
---	--------

### XIII

§ 1. Ipsorum IESU moribundi dictorum contemplatio.	pag. 141.
Attenditur ad Ejus doctrinam.	— 142.
<i>indolem.</i>	— 143.
<i>agendi rationem.</i>	— 144.
<i>summam, quam sibi vindicavit, dignitatem</i>	— 145.
§ 2. Dictorum IESU moribundi comparatio cum reliqua	
Ejus vita, ab Evangelistis conscripta	— 146.
Imaginem IESU Evangelistae fingere nec voluerunt.	— 147.
nec potuerunt.	— 149.
<b>Pars III. (Dogmatica).</b>	— 154.
Disquisitionis ratio . . . . .	— — —

#### CAPUT I.

Quid conferant IESU dicta ad ipsius cognitionem (Christologia).	— 156.
Quare a Christologia ordiamur.	— — —
Verbo monetur de DOMINI opere, uti et de Christologis	
huc usque conditis.	— 157.
Reformatorum sententia vindicatur.	— 159.
Exponitur, quid Iesu dicta conferant ad Ipsius cognitionem.	— 161.
§ 1. JESUS CHRISTUS homo . . . . .	— 162.
§ 2. Sanctissimus.	— 163.
§ 3. Dei Filius.	— 169.
§ 4. Hominum Conservator.	— 175.

#### CAPUT II.

Quid exhibeant novissima IESU dicta ad reliquas Theologiae	
dogmaticae partes pertinens.	— 180.
§ 1. Theologia proprie sic dicta.	— — —
§ 2. Anthropologia . . . . .	— 185.
§ 3. Soteriologia . . . . .	— 188.
§ 4. Eschatologia.	— 192.

#### Pars IV. (Moralis s. Practica). — 198.

Disquisitionis ratio . . . . .	— — —
--------------------------------	-------

#### CAPUT I.

Quid docent novissima CHRISTI dicta de animi sensibus ac	
voluntatibus, quas omnes singulique Christiani fovere de-	
bent ac manifestare?	— 199.
§ 1. Quid docent novissima CHRISTI dicta de animi sen-	
sibus, quos erga Ipsum fovere ac manifestare	
Christianos oporteat?	— 200.

- § 2. Quid docent novissima *christi* dicta de animi sensibus, quos erga Deum fovere ac manifestare Christianos oporteat? . . . . . pag. 204.
- § 3. Quid docent novissima *christi* dicta de animi sensibus, quos erga naturae suae socios fovere ac manifestare Christianos oporteat? . . . . — 207.

## CAPUT II.

- Quid docent novissima *christi* dicta de animi sensibus ac voluntatibus, quas ss. Antistes fovere debet ac manifestare? — 210.
- § 1. Principium, quo duci debet ss. Antistes. . . . — 211.
- § 2. Ratio, quā fungi suo munere oportet ss. Antistitem. — 214.
- § 3. Animi sensus, quos ss. Antistitem, morti proximum, fovere ac manifestare oportet. . . . — 218.
-

## INTROITUS.

Temporis, quo vivimus, fert ratio, ut in re Theologica prae cacteris, imo unice fere, ad Jesu Christi personam attendatur. Et est omnino, quod hac de re laetemur. Quamquam enim nonnihil in ea ratione vituperandum videatur, nominatim hoc, quod toti fere sunt nonnulli in exponenda Christi ἀναμαρτησίᾳ, omnemque Theologiam dogmaticam ex ejus persona ducendam esse existimant<sup>1)</sup>), universe tamen hoc aevi nostri criterium magnopere est laudandum. Θεολόγοι γάρ ἄλλον οὐδεὶς δύναται θεῖναι παρὰ τὸν κείμενον, δι' ἐστιν Ἰησοῦς ὁ Χριστός, Patribus promissus, a Deo datus, ab Apostolis descriptus et praedicatus. In re certe *Apologetica* omnis disquisitionis centrum veluti ac meditullium esse ipsius Christi contemplationem, haud facile quisquam negabit. Praeclare igitur Doct.

---

1) Mihī certe nondum perspicuum est, quo tandem modo, omnis omnino Theologia dogmatica, nominatim gravissimus, qui est de peccato locus, ex sola personae Christi contemplatione, tamquam principio ac fonte unico, possit derivari.

Da Costa<sup>1)</sup>: „Gelijk het in onze dagen,” inquit, „de bestemming der betere Godgeleerdheid schijnt, „zich gansch en al op te lossen in de kennis van „den Christus, (*Theologie* wordt meer en meer *Christotologie*), zoo is het zeer bijzonder in het vak der „Apologetiek, dat het middelpunt van alles wederom „gezocht zal moeten worden in den *Persoon*. De „*Christus* bewijst het Christendom. Die Persoon, dat „karakter, dat leven, die verschijning kan geene „verdichting zijn. Zijne voorstelling, door de pen „der onderscheidene getuigen en beschrijvers, geen „mythe.” Et sane, quo magis praeclera illa Christi imago, quam depictam ab Evangelistis videmus, conspicitur dignosciturque, eo magis reperietur esse vere *historica*, eo magis ex vero nobis a Scriptoribus N. T. ipsum Christum informatum esse apparebit. Quod valet tum de *universâ*, quam descripserunt Evangelistae, Jesu vitâ, tum et maxime quidem de ea vitae ejus parte, quâ *patiens ac moriens* nobis informatur. Est enim Christi patientis ac morientis imago, quam duxerunt Evangelistae, tot virtutibus conspicua et plane singularis, ut sublimiorem ea divinioremque ne cogitatione quidem complecti possimus<sup>2)</sup>. Quod

1) In *Voorlezingen over de verscheidenh. en overeenst. der vier Evv.* P. I. p. 97.

2) Hic praesertim, sublimem hanc Christi imaginem ante oculos nobis ponentes, cogitamus pulcherrima eaque verissima Ullmanni verba (*Ueber die Sündl. Jesu*, Ed. III. p. 4). »Diese Reinheit und »Wahrheit“ (quam cogitatione tantummodo homo complecti posse videtur) »ist nicht ganz verschwunden, wie die unwiederbringliche »Unschuld der Kindheit, sie liegt auch nicht bloss auf überirdischen »Höhen, sondern sie ist mitten in die Weltgeschichte hineingetre-

elucescit, quum universe ad omnia illa attendimus, quae, vehementissimarum perpessionum tempore, Christum vel fecisse, vel dixisse, vel reticuisse, aut tacite tulisse, sacri Scriptores referunt. In primis autem ex iis, quae *de cruce pendens locutus esse* dicitur Conservator, ejus persona talis cognoscitur, qualis neque ab Apostolis, neque a coetu Christianorum primaevos singi potuerit. Quare, quum disquisitioni nostrae argumentum sumserimus hocce, ut agamus de iis, quae, referentibus Evangelistis, Jesus Christus *de cruce pendens dixerit*, summum ei momentum adscribendum esse, nemo infitias ibit. Ac *primum* quidem, magni illud esse ad *Apologeticen* momenti, e dictis jam satis superque patet. *Deinde* si verum est, quod nemo dubitat, in re incerta cerni hominem, profecto ad Christi personam penitus cognoscendam, in primis usu venire contemplationem eorum, quae mediis in perpessionibus atrocissimis, locutus fuerit, non est quod moncamus. Gaudet igitur etiam momento *dogmatico* argumentum, quod nobis tractandum elegimus.

»ten, hat Fleisch und Blut gewonnen und ein irdisches Leben durchlebt unter Kämpfen und Schmerzen, wie sie die Menschheit mit sich bringt, ja unter den allerschwersten, wie sie nur der Gegensatz der heiligsten Güte auf der einen und der tiefsten Entartung auf der andern Seite mit sich bringen konnte; und diese Reinheit ist schöner und vollendet als die Unschuld des Paradieses, denn sie ist nicht bloss bewußtloser unentfalteter Zustand, sondern die freieste That, und ein reich entwickeltes Leben; sie ist wahrhaftiger und anschaulicher, als was wir in seliger Zukunft erst erwarten, denn sie ist nicht bloss Gegenstand der Hoffnung, sondern der Anschauung und Erfahrung, der wirkliche Anfang der Herrlichkeit Gottes.“

*Denique ut in omni sua vita, ita et in iis, quae de cruce pendens locutus est, ὑπογραμμὸν optimus Conservator nobis reliquit; ut adeo momentum etiam morale nostro argumento sit tribuendum.* Antequam autem haec omnia exponi possunt, videndum est de ipsa verborum significatione. Itaque disputaturi de iis, quae Jesus Christus de cruce pendens locutus fuerit, in *quatuor* partes nostram dividimus disquisitionem, ita ut *prima* quidem parte Christi cruci affixi dictorum *interpretationem* exhibuti simus; deinde parte *secunda* momentum eorum *Apologeticum*; porro parte *tertia* momentum *dogmaticum*; *quarta* denique parte *moralē s. practicū* eorum momentum exposituri.

## P A R S I.

(EXEGETICA.)

---

Optimum Conservatorem, dum de cruce penderet, nonnulla locutum esse, omnes affirmant Evangelistae. In singulis vero Ejus dictis referendis, a se invicem ita abeunt, ut Matthaeus et Marcus unius ejusdemque vocis a Christi prolatae, mentionem faciant; Lucas autem et Johannes uterque tres, sed diversas voces commemorent. E qua diversa Evangelistarum narratione, quo jure Straussius argumentum duxerit ad omnium dictorum Jesu authentiam in dubium vocandam, postea videbimus.

Interpretatur autem ea, quae, referentibus Evangelistis, Jesus Christus de cruce pendens, dixerit, initium ducimus a gravissimo dicto, quod Matthaeus et Marcus locutum eum fuisse tradiderunt. Sic nihil in antecessum ponimus de *ordine*, quo commemorata verba ab ipso Christo fuerint prolata. Hanc enim quaestionem, nec non alteram, quae est de dictorum Jesu cruci affixi *authentia*, deinceps tractabimus.

## SECTIO I.

*Jesu Christi dictum a Mattheao et Marco traditum.*

Referunt igitur Mattheaeus et Marcus, circa horam *nonam*, i. e. ex nostra computandi temporis ratione, horam *tertiam pomeridianam*, evanescientibus jam paulatim tenebris istis, quae ipsa meridie obortae erant, magna Jesum voce clamasse: Ἡλι, ἥλι, λαμὰ σαβαγθανί; Mt. XXVII. 46, vel secundum Marcum, c. XV. 34: Ἐλω̄, ἐλω̄, λαμᾶ σαβαγθανί; quod gravissimum ejus dictum ut rite interpretari possimus, primum quidem videndum est de germana verborum lectione.

Quod attinet igitur ad ea, quae Mattheaeus habet, animadvertendum est, pro voce ἥλι, ἥλι, Codicem D et editiones nonnullas exhibere: ἥλετ, ἥλετ<sup>1)</sup>). Testante Goeschenio in Ed. N. T., Cod. L in margine habet: ἥλι, ἥλι, λημὰ σαβαγθανί; ipse tamen retinet lect. receptam; Lachmannus vero exhibet: ἥλι, ἥλι, quod legitur quoque in Cod. *Rheno-Traj.*, olim *Boreel.* F<sup>2)</sup>). — Pro λαμὰ, alii dant λιμὰ vel λειμὰ vel λεῖμὰ vel λῆμὰ, vel denique λεμὰ. Quarum lectionum, quippe Chaldaicum נְמַלֵּה magis exprimentium, ex Wettii sententia<sup>3)</sup>), fortasse una alterave receptae esset

1) Cf. Griesb. ad 1.

2) Vid. Jodoci Heringa *El. syl. Disputatio de Codice Boreeliano, nunc Rheno-Trajectino, ab ipso in lucem protracto. Edidit Henr. Egb. Vinke, pater carissimus. Traj. ad Rh. 1843.* pag. 65.

3) Vid. *Kurzgefasstes exeget. Handb. zum N. T.* von Dr. W. M. L. de Wette, I. 1. Leipzig, 1836. ad 1.

praeferenda. Lachmannus iterum Cod. L secutus, exhibet: λημά. Tischendorfius autem λαμᾶ. Grotius legit: 'Ηλι ἡλι, λαμᾶ σαβαγθανὶ, monetque, ut aliunde, ita et hinc colligi „Christum neque veteri usum Hebraeorum sermone, neque Syriaco, „sed mixta dialecto, quae tum in Judaea vigebat.” Addit: „ea lingua quaedam retinebat avitae pronuntiationis, ut 'Ηλι, ἤλ, pro quo Syri dicere solent: אַלְהָ<sup>1)</sup>). Fritzschius recte scribit, Jesum Chaldaico, non Hebraico usum esse sermone, „si a „voce ἡλι, i. e. אַלְהָ discesseris.” Namque 'Ηλι a Christo pronuntiatum fuisse, ipsum vocis sonum, proxime ad Eliam accendentem, evincire, vere animadvertis Grotius<sup>2)</sup>. Pro σαβαγθανὶ porro alii testes habent: σαβαγθανὶ vel σαβαγθανῆ, vel σαβαγθανὶ<sup>3)</sup>; Ζαρθανὶ habet Cod. D a prima manu. Lachmannus exhibet: σαβαγθανὶ. Quod Latina quaedam exemplaria, azabthani habuere, monente Grotio ad l. ab Hieronymi est manu, qui ipsa Psalmi XXII verba hīc ponenda existimaverit. — Tandem, pro ἐγκατέλειπες, Cod. Rheno-Traject. habet: ἐγκατέλειπες. Ita et KM paucique alii secundum Scholzium<sup>4)</sup>. — Sed varias hasce lectiones notasse sufficiat; unicuique enim patet nullam earum

1) Vid. ejus *Annott.* in *N. T.* denuo emendatius ed. Vol. II. Gron. 1827. ad l.

2) Vid. *Annott.* l. ad l. Cf. Kuinoelii *Comm.* in *U. N. T. histor.* Vol. I. ad l.

3) Vid. Wetsien., Griesb. et Matth. ad l.

4) Vid. ejus *Nov. Test.* ad l. Cf. Wolfii *Curiae Philol. et Crit.* ad l.

eius esse ponderis, ut quicquam in recepta lectione mutare debeamus.

Videamus igitur de verbis a Marco traditis. Ac primum quidem pro ἔλωτι, ἔλωτι Cod. D, vers. *Arm.* all. Euseb. exhibent: ἥλετι, ἥλει. Quod receptae lectioni praefert Grotius ad l. dicens, idem illud esse cum eo, quod apud Matthaeum ἥλι; Syrum autem h. l. habere לְאַלְעָן, sed haud dubie transpositis a librario literis, cum scribendum fuerit לְאַלְעָן, quod ad Matthaeum jam monuerat. Quod si quaeris, unde in tot exemplaria illud ἔλωτι penetraverit, factum hoc inde arbitratur Grotius, „quod, „sicuti Lucae Evangelium initio maxime celebratum „est per Ecclesias a Paulo fundatas, ita Marci per „omnem Babyloniam διασποράν, cui Petrus praefuerat, ac proinde descriptum ab hominibus Syrum „sermonem callentibus, quibus notius erat ἄλδι quam „לְעָן.“ Ingeniosa sane magni viri conjectura; quae tamen quum omnibus fere externis argumentis sit destituta, haud facile admittenda esse videtur. — Pro λαμπά plurimi testes dant λαμά; alii (B. D. I.) λαμά, quod dedit Tischendorfius; vel λεμά (L. 72 Vers. aliquot) vel λεμά (S. uti et Cod. *Rheno-Traject.*) quod vero Fritzschius<sup>1)</sup> vitium habet; qui prohibet ét in Marco, ét in Matthaeo, ubi rursus plurimi libri testificantur λαμά, scribendum esse λαμά. „Saltem quum Codices,” inquit, „in Matthaeo et „Marco iisdem modis varient, utrumque Evangelium exaequandum esse, ut utrobiique aut λαμά aut „λαμά exhibeat, apparent.” A qua viri doct. senten-

<sup>1)</sup> In Comm. ad *Ev. Marci* in l.

tia non prorsus alienum me profiteor. Wettius hic exhibet λάμψα. — Porro pro σαβαζθανί Cod. *Rheno-Traject.* habet σαβαζθαζθανί. — Voca μον prior omittitur in Codd. AEFKI, 13 all. in nonnullis Edd. et apud PP. nonnullos; sed frustra, ex Fritzschi sententia. „Debuit enim” quod recte monet, „Marcus ἐλωτ, ἐλωτ interpretari: ὁ θεός μον, ὁ θεός μον.” Adde, hujus vocis omissionem librariorum incuriae facile posse adscribi. — In Cod. B, secundum Scholzium, alterum: ὁ θεός μον plane omittitur. — Denique animadvertisendum, pro vocibus: με ἐγκατέλιπες, Codicem D habere: ὠνείδισας με (in versione autem Lat. *me dereliquisti?*) quam lectionem Millius<sup>1)</sup> *Evangelicae veritatis studio*, quod regnat in hoc Codice, tribuit. „Haud ferebat,” inquit, „quispiam (qui „idem apud Matthaeum dictum esse non jam „minerat) ut Christus in cruce pendens, se a Deo „derelictum diceret; unde emollitum voluit ἐγκατέλιπες ad marginem per ὠνείδισας, ceu Salvatori ap „prime congruum, Judaeorum sannis et contumeliis „jam impetito; hoc autem in Codicis hujus ac aliorum „haud dubie aliquando textum irrepsit.” — Prima autem Erasmi Editio habet: με ἐγκατέλιπας, quam lectionem pauci quoque Codices exhibent, laudati a Scholzio. Tischendorfius dat: ἐγκατέλιπές με; quam lectionem reperis, testante Goeschenio<sup>2)</sup>, in Cod. L, cuius vero in margine habetur με ἐγκατέλιπες. — Quod si et hujus loci varias, quas recensuimus, lectiones perpendimus, nulla sufficiens causa videtur, ob

1) Vid. ejus *Prolegg.* ad *Nov. Test.*, quam procuravit, ed. § 1276.

2) Vid. Ed. *Novi Test.* ab eo procurata, ad l.

quam in recepta quicquam mutemus. Hanc igitur tuemur et apud Matthaeum et apud Marcum, cum Meyero, Goeschenio, all. Quod autem ad discrimen attinet inter voces ηλι, quae est apud Matthaeum, et ελω̄, quam Marcus exhibit, mihi quoque, cum Kuinoelio, Fritzschio aliisque, probabilius videtur, Jesum formâ ηλι, quae est in textu Hebraico et versione *Chaldaica*, quam formâ Syriacâ Marci usum esse, quia ηλι facilius dicto: Ἡλίαν φωνεῖ (Mt. XXVII. 47. Mc. XV. 35) opportunitatem dare potuit<sup>1)</sup>. — His praemissis de verborum lectione jam in eorum sensum inquiramus.

In hoc autem definiendo diversissimas in sententias discedunt Interpretes. Prohibent vero termini disputationi nostrae statuendi, quominus omnes recensemus.<sup>2)</sup> Monere sufficiat, earum praecipuas, si quid videmus, ad tres potissimum classes posse referri. Sunt enim, qui sententiae suaee praesidium ab usu loquendi Hebraeorum petentes, a propria verborum significatione quodammodo abeundum esse jubeant, interpretantes: *Deus mi! Deus mi! ne me desereras,*

1) Aliter judicat Doct. Da Costa in Op. *Voorlezingen over de verscheidenheid en overeenstemming der vier Evangelieën*. P. II. p. 381: quippe qui existimet forma Syriaca ελω̄ Jesum usum esse, citans Olshauseni Bibl. Comm. 2. B. s. 472.

2) Brevem variarum h. l. interpretationum catalogum exhibet Doct. Riehm in diss. *Over het hooggaande lijden van Jezus in Gethsemané*, quae habetur in Opp. Soc. Hag. a. 1831. Cap. II. p. 92. § 6. Cf. K. J. Tiebe: *Beurtheilende übersicht neuer Erklärungsversuche ü. d. Kampf J. in Gethsem. und d. Ausruf am Kreuze.* (Euphron. Halberst. 1825. Fasc. I.) Quem in bene multis n. l. commentatoribus laudat Cl. Hase in Op. s. *Das leben Jesu* Ed. III. § 120 pag. 202.

ne deneges mihi auxilium, i. e. *libera me!* Alii contra propriam hujus dicendi formulæ notionem magis urgent. Quorum *hi* quidem, si quaeris, qualis cogitanda sit, quae hic commemoretur, Christi derelictio, respondent, *vere*, h. e. *objectivo*, qui dicitur, sensu, Jesum a Deo derelictum fuisse; *illi* contra, *subjectivo* tantummodo q. d. sensu, hanc Christi derelictionem intelligendam esse, contendunt. Straussius quoque tres potissimum interpretandi nostrum locum rationes recenset<sup>1)</sup>. Loquitur enim de *supranaturalistica* q. d. sive *Ecclesiastica* interpretatione; quam nos secundo loco indicavimus. Loquitur de *naturalistica* hujus verbi explicatione, quam ita definit, ut ex externa, in qua versaretur Jesus Christus, calamitate unice lamentabilis Ejus clamor sit derivandus. Pro hac vero, jamdudum explosa, *Rationalistarum* sententia, commemoranda fuisset Straussio eorum sententia, quam nos tertio loco indicavimus, quamque plurimi fovent etiam in *Germania V V. D D.*<sup>2)</sup>. Loquitur tandem de eorum sententia, qui propriam hujus enunciati notionem urgendam esse negent eique ex analogia totius *Psalmi XXII*. argumenti ac contextus, hunc fere sensum substernant<sup>3)</sup>: „Et ego, „ut auctor *Psalmi XXII*, jam a Deo derelictus vi- „deor, verum et in me, sicuti in illo, eo magni- „ficentius Deus auxiliantem sese manifestabit.” Nemo

1) *Leben Jesu* Ed. II. Tom. II. p. 549 sqq.

2) Vidd. *De Wette* ad h. l. Hase I. I. Neander *Das Leb. Jesu* ed. IV. p. 754.

3) Ita Gratz et Paulus ad h. l. Schleierm. *Dogm.* II. p. 154. in annot.

autem non videt, hanc item explicationem omnino differre ab ea, quam nos primo loco notavimus, quamque Straussius silentio praeterit. Quid mirum? Scilicet jam facilius illi cedit, *omnes*, uti ipsi videtur, hujus loci interpretationes refutare, atque sic horum Christi verborum authentiam in dubium vocare. Rejectis enim variis Interpretum sententiis, tandem mentionem facit nefariae, quam scriptor *Fragmentorum Guelpherbytanorum*<sup>1)</sup> proposuit, sententiae: „Jesus habe sich in früher gehegten Erwartungen „durch die unglückliche Wendung seines Schicksals „getäuscht gefunden, und so in Durchführung seines „Plans von Gott verlassen geglaubt:” cui, judice Straussio, forte calculus esset adjiciendus, dummodo hoc Christi dictum historica fide gauderet. Sed ejus authentiam postea defendere conabimur. Jam videamus, an non aliam eamque magis idoneam nostri loci interpretationem possimus exhibere, quam nobis dedit dictorum *Fragmentorum* auctor.

Neque tamen quisquam mirabitur in hoc potissimum verbo explicando desudasse Interpretes, magnumque hic obtinere sententiarum discrimen. Recte quidem

---

1) *Fragn. Guelpherbyt. von Zweck J. u. s. Jünger* p. 66 sqq. Autorem horum Fragmentt., a G. E. Lessing edd. esse Herm. Sam. Reimarus apud Viros dd. constat. Vid. *Clarisse Encyclop. Theol. Epit.* § 55. p. 226 ed. 2. Attamen non omnia Fragmenta ei attribuenda esse videntur. Vid. G. Krüger in *Allg. Kirchenzeit.* 1840. n°. 39 p. 316 sqq.: *Ein neuer Anspruch auff Mitautorschaft der Wolfsbüttler Fragmenten*, ex libro: *Die Biographie des Preuss. Staatsrathes D. Albrecht Thär* in *Möglin* von W. Körte, Leipz. 1840, qui probat, priora Fragmenta Reimaro, disputationem vero inscriptam: *Die Erziehung des Menschengeslechts* verisimiliter Albrechto Thär auctori esse adscribendum.

Cl. Hase<sup>1)</sup>: „Mit den Anfangsworten des 22. Psal- „mes,” inquit, „sprach Jesus das Gefühl dieses Mo- „mentes aus.” At vero hunc sensum describere, et exponere qualis ille fuerit, dum eam vocem Jesus efferret, id longe difficillimum est, imo plane *ἀδυνατόν* videtur. Mentem enim Christi, quam hisce verbis enunciabat, quis prorsus assecutus esse dicatur, nisi qui patientis conditionem, eo temporis momento, cum externam, tum internam, perfecte sibi informaverit? Dein, illud ipsum ut definiatur, quali fuerit animi sensu Jesus haec verba efferens, nonne maximam partem pendet a cujusque notionibus, quas foveat, de Jesu Christi patientis persona, opere caett.? Quid? quod fortasse nulla in Codice sacro exstat dictio, in qua explicanda cujusque opiniones praeoccu- patae dogmaticae majorem vim habuerint, quam in exponenda formula Christi morientis: *'Ηλι, ηλι! λαμὰ σαβαγθανί;* Sed de singulis videamus.

Quod attinet ad eorum sententiam, qui Jesum hac voce, se vere a Deo Patre derelictum fuisse, conquestum esse, perhibeant, haec gravibus, ut nobis quidem vide- tur, difficultatibus premitur. Ac primum quidem, ipsi hujus sententiae patroni, eam haud accurate definire videntur, ita ut dubius haereas, utrum *proprio* an vero *improprio*, *objectivo* an vero *subjectivo*, ut aiunt, sensu, de Jesu derelictione loquantur. Audiamus Calvinum, magnum hujus sententiae patronum<sup>2)</sup>. „Certum est,” inquit, „vehementia doloris clamorem

1) I. I. § 120 sub finem.

2) Vid. ejus *Comment. in Nov. Test. ad Mt. XXVII. 40.*

„istum Christo fuisse expressum. Et certe hic praecipuus fuit conflictus, et omnibus aliis tormentis durior, „quod in suis angustiis adeo levatus non est Patris „auxilio vel favore, ut se quodammodo alienum sentiret.” Et postquam asseveravit, Christum non tantum corpus in pretium nostrae cum Deo reconciliationis obtulisse, sed in anima etiam debitas nobis poenas pertulisse, „ergo” inquit, „quum species (?) temptationis Christo „objecta est, quasi (?) Deo adverso jam esset exitio devotus, horrore correptus est.” Porro: „Nec vero ficte vel „theatrica conqueritur se a Patre relictum — sed — „vere Dei judicium subire nostro loco voluit.” Tum ad quaestionem respondens, quomodo Christo desperationis vox elapsa esse possit, ita pergit: „quanquam „sensus carnis exitium apprehenderet, fixam tamen „stetisse fidem in Ejus corde, qua Deum praesentem „intuitus est, de cuius absentia conqueritur. — Quis „quis autem reputat hac lege susceptam fuisse a „Christo Mediatoris personam, ut reatum nostrum tam „in anima, quam in corpore subiret, non mirabitur, „illi certamen fuisse cum mortis doloribus, quasi „Deo irato in labyrinthum malorum projectus foret.” Olshausenus<sup>1)</sup> hanc pugnam tollere, atque Ecclesiasticam sententiam confirmare cupiens, provocat ad οὐτιψιν quandam, qua tantummodo pro tempore, non quidem proprie a Christo recesserit, sed sese abscondiderit Divinus favor. Verum, ut recte observat Wettius<sup>2)</sup>, istiusmodi οὐτιψις si objective

---

1) Vid. ejus *Biblischer Comment. über sämmtl. SS. des N. T.* ad l.

2) I. l. ad l.

sensu sumatur, *vere quoque favorem suum Deus omnipraesens Christo denegavit; sin subjectivo, Ecclesiasticam sententiam non amplius cogitamus.*

Ipsam autem Ecclesiasticam illam nostri loci interpretationem, fatemur enim, a dubiis, quae et alii et Straussius contra illam moverunt, defendere nequimus. Scilicet cum Straussio quaerendum nobis est: quomodo, positis, quae Ecclesia Orthodoxa de Jesu Christi persona confitetur, de ejusmodi Christi derelictione sermo esse potest? Num natura humana in Christo derelictam a Deo se sensit? Tum vero vinculum utriusque Christi naturae soluta fuit. Num divina? Hoc prorsus *advocatōrē* erat. Num persona Christi qua talis? At vero ipsa illa *unitas* divinae et humanae naturae *personam* Jesu Christi constituit. Denique, etsi facile demus, non tantum licere, verum etiam oportere, ut in hoc quoque Christi dicto explicando *fidei analogia* consulatur<sup>1)</sup>, i. e. ut attendatur ad ea, quae alibi in sacro Codice referantur tum de Jesu persona, nostro Conservatore, tum de salutari Ejus Opere, perpessionibus suis ac morte peragendo, tamen unicuique patet in hac interpretatione defendenda, opiniones praecoccupatas dogmatis nimiam vim habuisse; illamque originem suam haud debere disquisitioni verborum *historico-grammaticae*. Ast vero haec historico-grammatica via,

---

1) Etenim, qua multi Interpretes gloriantur in exponendis J. C. effatis, *omni* se vacare praecoccupata opinione dictantes, haec non tantum vana est atque inanis gloriatio, sed etiam ejusmodi, ut, si vere exstaret, quam dicunt Germani: »Voraussetzunglosigkeit,« germano Interpreti vitio esset vertenda.

ut in interpretando quocunque scripto vel dicto, sic in explicando quoque hoc Christi effato ante omnia est ineunda.

Quaerendum igitur est quemnam sensum, ex legibus Hermeneutices Sacrae, fundant verba: 'Hλι, ο. τ. λ. Ac primum quidem reputandum est, verba, quibus usus est Christus, sumta esse ab alio, nempe a poeta Orientali, qui miserrimam suam conditionem de pingens, simul tamen Spiritu sancto afflatus, altius evicitur; ita ut nobis informet *Messiam patientem* 1).

---

1) Psalmum XXII. Messiam spectare, jam ex ipsius argumento satis dilucide appetet. Vidd. Stinstra, *Oude Voorspellingen* caett. I. p. 336 sqq. Palmius: *Eenige liederen v. David vertaald en opgehelderd*. p. 52 sqq. Muntinghius, *Korte aanmerkingen over de Psalmen*, p. 35 sq. et: *Eenige bijzondere taalkundige aanm. over de Psalmen*, p. 55 sq. Quod autem ad hujus, uti et omnium, quae Messiam spectant, carminum vel vaticiniorum rationem attinet, vid. praeter Hengstenberg *Christologie des Alt. Test.* caett. et Tholuck in adjectis annotationibus ad *Comm. S. in Ep. ad Hebreos*, (*Das Alt. Test. im Neuen Test.* caet. *Zwei Beilagen zu dem Comment.* caett.) prae caeleris: Bleek in *Comm. S. in Ep. ad Hebreos*, et J. Hoffmann, *Weissag. u. Erfüll. im A. u. N. T.* At vero non possumus non pulcherrima hic describere verba Doct. Da Costa in *Op. Voorlezingen over de waarheid en waardij der SS. v. h. O. T. T. II. P. I.* p. 49 sqq. »Van dien Christus beschrijven de Psalmen niet slechts de Goddelijk-Koninklijke heerlijkheid, maar ook het lijden dat vooraf moest gaan. Wel heeft ook David een koninkrijk beërfd, na vele vooraf doorgestane verdrukkingen. Wel heeft ook David diepten van lijden in ziel en hart meer dan eenmaal gekend; maar op welke dier ondervindingen van den opvolger van Saul laat zich wederom, zonder doelooze grootspraak en in het oog vallende overdrijving, toepassen de klacht van Psalm XXII, die, naast de geschiedenis van Christus kruis en zielsmerten geplaatst, die smerten zoo volkomen uitdrukt, dat een Strauss in *Cujaphas-darlige wijsheid, de laaste lijdensgeschiedenis bij de Evangelisten uit de toepassing van dat lied op*

Deinde ad omnes res adjunctas rite est animadver-tendum, in quibus versabatur Jesus, dum illa verba enunciabat. Ultro igitur in oculos incurrit, a Chri-

*»den Nazarener Jezus, mythisch verklaart.* Beschouwen wij het »hoogmerkwaardig lied een weinig van naderbij. — Reeds de aan-shef vs. 2 onderscheidt zich door eene herhaling in het aanroepen »van Gods naam, die in geheel de S. des O. T. verder zonder »voorbeeld is, en in die des N. T. ons alleen wederom ter ooren »komt uit den mond van den lijdenden Heiland aan het kruis. — »Zoude het niet zijn eene enige uitdrukking voor een geheel eenigen toestand? een toestand, waarvan ja! door mensen, door »David iets ten dele, iets gelijkends, iets analoogs, mag zijn on-dervonden, maar waarvan de volkommenheid zich nergens in de »historie vertoont dan in die van J. C. in Zijn hoogste lijden van »ligehaan en ziel. Men hoore den Psalm in zijn geheel en vrage zich »af", (of?) »indien men van achteren de lijdengeschiedenis van den »Heer, uit de reeds gegevene Evangelische oorkonden, onder ge-paste en allezins juiste, deels zinnebeelden, deels tasereelen wilde »voorstellen, juister en allezins door waarheid treffender voorstel- »ling mogelijk ware, dan die van den Psalm duizend jaren te voren »gedicht? Als de lijder, die daar sprekende wordt ingevoerd, Zijne »innerlijke en uitwendige smarten; angsten, vooruitzichten — ontboe- »zemt (vs. 3—22.) en dan op eens een overgang van den toon der »diepste smart, der felste doodsgangst, der hangste verlating, in dien »van enkel lof, reddingsgejuich, overwinningsgeschal!" caett. Cf. quo-que Tholuck modo laud. *Beilage I. pag. 17 sq. qui hunc Psalmum refert ad vaticinia, quae vocat, typica.* »Auch in jenem letzten »Ausruf am Kreuz," — inquit, »wird man eine solche typische Bezie-hung anzunehmen haben, nicht als ob den Erlöser die seine eige-ne Lage mit der Davids vergleichende Reflexion auf diese Worte »geleitet hätte, sondern indem mit der Erinnerung an diese Wor-te zugleich das Bewusstseyn von ihrem vorbildlichen Charakter »hervortrat. Und zwar erhalten alle typischen Beziehungen dieser »Art erst ihre volle Bedeutung, wenn jene alttestamentlichen From-men, ebenso wie die neutestamentlichen als Glieder eines und »desselben mystischen Christus betrachtet werden, der sich durch »die Geschichte hinzieht."

sto haec verba sumita esse e Psalmo XXII, qui nobis depingit Messiam patientem. Et sane hunc Psalmum sponte sua cogitare debuit Christus cruci affixus, qui jam èt in se ipso suisque perpessionibus, èt in omnium rerum περιστάσεσι, quae in Golgotha conspiciebantur, vetus illud vaticinium videbat impletum. Vidd. Mt. XXVII. 41-43. Mc. XV. 29-32. Jam vero nemo negabit, tum *eandem* significationem Jesu verbis esse tribuendam, quam ex mente auctoris Psalmi XXII. haec verba habeant; tum Christo, prima hujus Psalmi verba excitanti, totum omnino carmen Davidicum ob mentem fuisse versatum. Itaque videndum primum est, quemnam sensum verba, de quibus agimus, *in ipso Psalmo* fundant. Vertitur autem rei cardo in definienda notione vocis: עזבתני. Haec vero vox in ipso *Psalmo* sensu maxime *proprio* accipi nequit. Quid? quod in altero versus hemistichio, ipsa hujus vocis exhibetur interpretatio. Ex membrorum enim parallelismi ratione, verba: אֵל, רָחוֹק מִשְׁעַתִּי explicantur sequentibus אֵל, לְמַה עֲזַבְתִּי Et profecto, ex usu loquendi Hebraeorum, dicitur Deus eos deserere, procul ab iis esse, ad quos auxiliandos non continuo succurrit, quos aerumnis suis tradere videtur. Vid. Jes. XLIX. 14. LIV. 7, 8. — *Tō̄* deserere, ex eodem usu loquendi notissimo, opponitur *tō̄ adesse* i. e. auxilium praestare. — Quod attinet porro ad *tempus*, ut dicunt, et *modum*, quo vox illa in *Psalmo* occurrit, minime necesse est, ut *praeterito Indicativi* eam vertamus. Potest item tempore *praesenti conjunctivi* accipi: ut adeo hujus formu-

lae sensus hic redeat: *Deus mi! Deus mi! cur deserteras me? quidni miki in auxilium advenias?* Jam vero interrogandi particula: *cur?* *quidni?* non ita urgenda est, ac si revera quaereret auctor Psalmi, quam ob causam tantis traditus esset calamitatibus. Omnibus enim notus est Orientalium mos, ut, quo majorem vim precibus suis concilient, ejusmodi interrogatione utantur. Imo vocula: **לְכָא** saepissime, in precum formulis, significatum vocabuli *ne* habet. Vidd. Gen. XLIV. 7. XLVII. 19. Exod. XXXII. 11. Jer. XV. 18. Psalm. X. 1. XLII. 10. XLIV. 24, 25. LXXIV. 1. LXXXVIII. 15 1). Nobis ergo, ex justis interpretandi legibus, Psalmi auctor nihil aliud significasse videtur, nisi hoc, *Deus mi! Deus mi! ne me deserteras, neve deneges mihi auxilium i. e. libera me!* Ita et Kuinoelius in *Comm.* s. Ed. IV. ad h. l. ubi additur: „Etiam in scriptis Rabbinorum cum inducuntur „homines sortem suam deplorantes, haec verba laudantur. Midrasch Tehillim ad Ps. XXII. 1” 2). Quodsi haec vera vs. 2. Psalmi XXII. est interpretatio, eadem verba, a Christo ex hoc loco sumta, aliam significationem, me quidem judice, habere non possunt. Est igitur haec Christi de cruce pendentis

1) Notio: *nulla est causa cur* huic voci tribuitur cum ab aliis, tum a Cl. Heringa in *Opp. Exeget. et Herm.* edd. a patre carissimo, pag. 425. Cf. Winer Gramm. ed. 3. § 25 pag. 158.

2) Fritzschius in *Comm. in Ev. Mt.* ita interpretatur: »Cur me in tanta mala conjectasti, quae patienter ferre non videar.“ Nostram interpretationem propugnant Muntinghe *Geschiedenis d. m. n. d. Bijbel*, VI. p. 49, 50. Stinstra I. I. I. 363. Reddingius *Gesch. v. 's H. lijden* II. 235. Grotius ad h. l. et prae cacteris Richm I. I.

exclamatio, minime animi desperantis dicenda querimonia; sed est, *cum* sortem suam miserrimam summo cum dolore deplorantis, *tum* vero etiam ardentissime precantis, ut a vehementissimis, quibus fere oppressus erat, perpessionibus liberaretur.

Data horum verborum interpretatio sese haud uno nomine commendat, cum a simplicitate, tum ab eo, quod firmissimum habeat fundamentum in usu loquendi Hebraeorum. Ad quod probandum praeterquam ea, quae jam monuimus, recte etiam provocamus ad Ps. XLIII. 2. ubi haec verba habentur: *Tu enim es Deus mei roboris, cur me repellis!* i. e. „ne igitur me repellas!” Tantum ergo abest ut Christi verbis: *λαμὰ σαβαγθανί;* desperantis cuiusdam animus manifestetur, ut potius summa in Deo posita fiducia, summaque liberationis spes ex iis elucescant. Dein, nostram interpretationem flagitant fere cuneta, in quibus Christus, haec verba effrenis, versabatur, rerum adjuncta. Horrendae istae tenebrae, quarum mentionem faciunt Synoptici, ad finem jam vergebant. Appropinquabat quoque Christi dirissimarum perpessionum finis. Brevi ante mortem, ut docent nos Evangelistae, voce magna clamavit: *Ἄλλα τοι λέγω.* Infanda jam exantlaverat Divinus Sospitator. Quid mirum? quod *jam* Patrem suum invocaret, qui a perpessionibus eum liberaret. Morte autem instanti, omnia consummata forent. Itaque implorat sui Patris auxilium, qui, ut semper Ipsum audiverat, sic etiamnunc illi *adest.* Mox enim morte liberatus est omni miseria. Denique quam maxime favet exhibitae interpretationi modus, quo Christo clamitanti irrideant Judaei. Non dicunt: „Ecce jam ipse conque-

„ritur se a D<sup>o</sup> esse derelictum?” verum clamant:  
 „Hicce Eliam vocat, nimirum in auxilium!” Quidquid  
 enim de hisce Judaeorum verbis statuas, sive Chri-  
 sti dictum non recte intellexerint, sive, quod multo  
 verisimilius, illud de industria inverterint, appareret eos  
 Jesu clamorem habuisse pro verbis supplicibus, qui-  
 bus alius auxilium implorabatur.

Quum autem laudatis verbis eam, quam indi-  
 cavimus, significationem tribuimus, minime negamus,  
 his ipsis verbis J<sup>es</sup>um Christum simul vehe-  
 mentissimum, quo tunc corripiebatur, tum corporis,  
 tum animi in primis dolorem indicasse. Hoc vero  
 ex data verborum interpretatione sequitur, non au-  
 diendos esse, qui hunc Christi dolorem ita defini-  
 ant, ut ejus causam quaerant in effusa ira Divina in  
 Christum cruci affixum, quippe sacrificium piaculare  
 pro mundi peccatis. Antiquiori aevo <sup>1)</sup> haec senten-  
 tia ab omnibus fere accepta fuit. Subscriptis ei,  
 quod jam vidimus, Calvinus, regnatque certe aliquatenus  
 in libris nostrae Ecclesiae *Symbolicis*. *Confessio*  
 enim *Belgica* Art. XXI, postquam proposuit J<sup>es</sup>um  
 Christum, ut summum sacerdotem, „qui se nostro  
 „nomine coram Patre stitit, ad iram ipsius plena sa-  
 „tisfactione sua placandum,” sic pergit: „Quae ergo  
 „non rapuerat persolvit et iustus pro iniustis, tum in  
 „corpore tum in anima sua passus est, ita ut horri-  
 „biles illas poenas, peccatis nostris debitas sentiens,  
 „grumos quasi sanguinis in terram defluentes, sud-

---

1) *Patrum Eccles.* hujus formulae expositiones vide ap. *Saucerum Thes. Eccles.* Tom. I. p. 991 sq.

„verit, tandemque exclamaverit: *Deus mi, Deus mi,  
quare me dereliquisti?*” Et *Catechesis Heidelberg.* ad  
Quaest. 44: „cur additur: *descendit ad inferos?*” haec  
respondet: „ut in summis doloribus et gravissimis ten-  
tationibus me consolatione hac sustentem, quod Do-  
minus meus Jesus Christus inenarrabilibus animi  
„sui angustiis, cruciatibus, et terroribus, in quos  
„cum antea, tum maxime in cruce pendens fuerat de-  
mersus, me ab angustiis et cruciatibus inferni libe-  
„ravit.” Sed recentiore quoque tempore, praeter lau-  
datum jam Olshausenum, illi adhaeserunt Seile-  
rus, Hamelsveldius, Perponcherus, Ravius,  
quos commemoratos vide apud Riehm <sup>1)</sup>, refutatos  
apud Saurin, <sup>2)</sup> Wolterbeek <sup>3)</sup>, Renier <sup>4)</sup>, alios.  
Nullibi certe hanc sententiam disertius pronuntiatam  
reperies, quam in opere, cui titulus: „*Anonymi cu-  
jusdam doctissimi Exegesis Passionum J. C.*” Sylvae  
Ducis 1752, qui ad n. l. haec habet: „Jesus sub  
„istis tenebris cum ira Divina luctatus fuisse videtur.—  
„Nunc a Deo se desertum querebatur, cum hisce horis  
„nullum persentiscebat ex Deo Ejusque communione  
„solamen, sed potius exponebatur Ei tamquam hosti,  
„qui omnem adversus peccata iram in Eum effunde-  
„ret!” caett. — Argutius etiam de ejusmodi Christi  
derelictione disputat Rob. Bellarminus <sup>5)</sup>, affir-

1) I. I. p. 110.

2) *Discours t. X.* p. 251-253.

3) In *Annot. ad Ewaldi I.: Overdenkingen over het lijden, den dood en de opst. v. Jezus*, caett. ed. 2. p. 201 sqq.

4) In tract. *Godgel. en uitlogk. Onderzoeken omtrent den waren aard van J. zieleliiden in Gethsemané.*

5) In I. *De Septem verbis a Christo in cruce prolatis* Lib. II; de

mans „*quinque* modis derelictionem Jesu Patre „intelligi posse, pro variis conjunctionibus in Filio Dei. „*Prima*: naturalis et aeterna personae Patris cum „persona Filii essentia. 2<sup>a</sup> nova naturae divinae cum „humana in persona Filii. 3<sup>a</sup> unio gratiae et voluntatis. 4<sup>a</sup> gloriae. 5<sup>a</sup> protectionis. Haec igitur ultima „ad breve tempus disrupta fuit.” Eandem Ecclesiae Orthodoxae sententiam tuitus est D. J. A. Bengel<sup>1)</sup>. Etenim ad verba: Θεόν μου κ. τ. λ. „Alias”, inquit, „solutus est dicere: *Pater*, nunc dicit, *Dens meus!* quasi „jam alienior, sed tamen *bis*, et addit, *meus* cum fiducia, „patientia, resignatione sui. — Non solum ait se a Deo „traditum voluntati hominum; sed etiam a Deo ipso „quiddam esse passum nobis ineffabile.” Quod autem denique ad verbum: ἐγκατέλιπες; annotat, hoc ipso momento *desuisse* Christi derelictionem, in eo sibi repugnantem habet Wolfium<sup>2)</sup>, qui recte asseverat huic opinioni obstare, quod Christus, aliquo tempore post, demum testatus sit, omnia jam esse consummata. Idem, etsi ipse Ecclesiasticae q. d. sententiae adhae-

quo libro ita judicavit Cl. Heringa in annot. MS., quam pater mihi suppeditavit: »Breviter neque inepte hanc perpessionum Christi parfem exponit auctor. Praesertim autem in fructibus, ex quovis horum verborum redundantibus, colligendis, multa prudenter pieque dicta profert, et ad communem Christianorum utilitatem apte facientia. Hic illic tamen apparet homo Pontificiis erroribus et παρεργωνείαι addictus, traditionibus fabulosis nimiam fidem habens, nimium allegorii ingenique iusibus indulgens, nimium denique tribuens PP. auctoritati. Quae si resecaret manus critica, dignus forsitan nova Editione esset libellus.“

1) In *Gnom.*, N. T. ed. 2. Tub. 1759. ad l.

2) l. l. ad l.

ret, laudat tamen sententiam, nostrae vicinam, nempe Henrici Mori<sup>1)</sup> qui haec „Christi verba tam sobria esse observat, ut apologia nulla indigeant, praesertim si quis ea secundum Hebraici textus latitudinem interpretur.”

Ut autem laudati a nobis interpretes vehementissimum Christi, dum haec verba efferebat, dolorem ita definunt, ut ejus causam in effusâ Dei irâ in Christum ponant, sic alii non de irâ quidem divinâ loquuntur, tamquam doloris, quo Sospitator pressus fuerit, causâ; sed hunc tamen non aliter explicari posse perhibent, nîl eum habeas, ut barbare dicunt, *immediatam* nostrorum peccatorum sequelam. Etenim, ut verbis Doct. Riehm utamur<sup>2)</sup>, inter haec duo rite est distinguendum: 1º Jesus mortem suam cogitans, hac ipsa cogitatione, majore etiam afficiebatur dolore, *quia* istam mortem, *peccatorum expiandorum causa*, erat subiturus: (quam sententiam nos quoque lubenter nostram facimus), et 2º mors, quam in cruce subiturus erat Jesus Christus, tamquam mors piacularis, *per se* aliquid habuit, quod tanto angore afficiebat Christum, ut querimoniam illam efferet. Posterius negandum videtur. Tuentur vero hanc sententiam, inter alios J. D. Michaëlis<sup>3)</sup>, H. C. Bergen<sup>4)</sup>, nec non, aevo antiquore, Joan. Bren-

1) In *Opp. Theol.* p. 353.

2) In I. saepius laud. I. all.

3) *Deutsche Uebers. d. N. T. ad L.*

4) *Gedenkwaardighh. uit het leven v. Jesus caett.* cum ann. cl. Heringa, ed. 3. p. 501 sq.

tius<sup>1)</sup>), qui: „Hanc vocem,” inquit, „tam memorabilem judicarunt” (Evangelistae) „ut ipsam ea recitarint lingua, qua Christus usus est.” Dein ad quæstionem, quam movet: „qui clamat Christus se a Deo derelictum? Num in tantis adversis desperavit?” respondet: „Absit longissime! Paulo ante posuit sibi „ante oculos paradisum, quem etiam latroni promisebat, et paulo post commendabit Deo Patri spiritum suum. Imo ipsa clamoris verba haud obscure indicant, Christum non defecisse adeo per desperationem. Clamat ad Deum, invocat Deum, et vocat „Eum suum Deum. Quid plura? Hic clamor non „est Christo temere in ore natus, sed est multis „ante annis per Spiritum s., nomine Christi, adnunciatus in Ps. XXII, in quo perspicue vides, Christum nulla plane desperatione, sed potius maxima omnium spe in hunc clamorem erupisse. Non sunt „verba peccantis desperatione, sed sunt verba significantes „se sustinere supplicium desperatorum et dænnatorum”<sup>2)</sup>.

Restat ut, post andita tot Virorum dd. judicia, modeste nostram de hoc loco difficillimo sententiam enunciemus. Ac primum quidem, si quaeritur, quod certe primo loco quaerendum est: quenam fundant sensum, ex legibus Hermeneutices Sacrae, verba Christi cruci affixi: *H̄i n. τ. λ.* respondemus, quod antea verbo jam monuimus, ea, ex nostro judicio, hanc

1) In *Hist. passionis Christi e 4 Evv. conscripta et explicata, adj. ejus Homiliis in Euang.*, quod inscribitur sec. Lucam 1538. Hom. LXV.

2) Cf. in eandem sent. disputantem Jac. Macknight in *Comm. Harm.* in IV Evv. ed. ab A. F. Ruckersfelder Tom. III. p. 480 sq.

significationem habere: *Deus mi! Deus mi! NE ME DESERAS* i. e. LIBERA ME! Si quaeritur *deinde* de natura ac causa vehementissimi doloris, qui Christo hunc clamorem expressit, eorum ex toto animo subscribimus sententiae, qui statuant, quum lugubrem hanc vocem tolleret Jesus Christus, ad illud fastigium pervenisse ipsius perpessiones cum corporis, tum vero etiam animi, ut sensus ille internus, quo ceteroquin Patrem suum semper praesentem *sentiebat*, ad breve tempus quodammodo suffocatus fuerit: *cuius rei simile quid qui Christo fidem habent, nonnumquam experiuntur.* Atque haec quidem nostra sententia primum apprime convenit cum illius natura et munere, quem patientem in cruce adspicimus, et de quo praeclarum hoc, plenumque consolationis testimonium auctor *Ep. ad Hebr.* dedit Cap. IV. 15: *Οὐ γὰρ ἔχομεν ἀρχιερέα μή δυνάμενον συμπαθῆσαι ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν, πεπειραμένον δὲ κατὰ πάντα καθ' ὄμοιό τητα, χωρὶς ἀμαρτίας.* Deinde assumta nostra interpretatione haud inferiorem nobis informamus Christum tot martyribus, qui sine ullâ querelâ, imo summo cum gaudio vel in rogum escendebant, vel cruci affigi se patiebantur. Etenim non dubitamus cum Cl. Hase<sup>1)</sup>, affirmare: „Kein Martyrer ist in seiner Lage gewesen, am wenigsten Socrates!”, atque jam provocamus ad vineulum, quod, qualemcumque illud tibi informes, peccatorum remissionem nostramque reconciliationem arctissime jungit cum Christi perpessionibus ac morte. Verbo, quod ad difficillimam hanc quaestio-

1) I. I. § 112. p. 189.

nem attinet: qualis nobis informandus sit dolor iste,  
cujus vehementia Christo dictum clamorem expres-  
serit, respondemus verbis Cl. Neander<sup>1)</sup>. „Welche  
„göttliche Zuversicht zeigte Christus hier mitten im  
„Gefühle seiner Leiden. Wie er aber alle rein mensch-  
„lichen Gefühle theilte, so war er daher auch hinge-  
„geben dem Wechsel der Stimmungen und Empfin-  
„dungen, welche durch seine äußerliche Lage in ihm  
„hervorgerufen wurden. Wenn der beginnende To-  
„deskampf in dem Menschen das Gefühl der eigenen  
„Sünde hervorruft, so konnte dies bei dem vollkom-  
„menen Heiligen nicht stattfinden; nur des Zusam-  
„menhanges seiner Leiden mit den Sünden der Mensch-  
„heit überhaupt konnte er sich bewusst werden, das  
„Elend der um der Sünde willen leidenden Mensch-  
„heit theilen durch das Mitgefühl. Unter diesen  
„leiblichen und geistigen Leiden steht ihm das Bild  
„des verfolgten, verspotteten, unter den schwersten  
„Leiden erprobten und in seinem Gottvertrauen un-  
„erschütterlichen Heiligen, wie es in dem 22. Psalm  
„dargestellt ist, vor Augen. Die einzelnen Züge, in  
„welchen der begeisterte Sänger die ihn beseelende  
„Idee veranschaulichte, finden in Dem, welcher als  
„der einzige Heilige unter den Menschen die Idee  
„vollkommen verwirklichte, welcher das Ideal der  
„kämpfenden und durch Kampf und Leiden trium-  
„phirenden Frömmigkeit darstellt, zugleich mit der  
„Idee ihre vollständige, buchstäbliche Verwirkli-  
„chung. Auf dem Gipfelpunkte seiner Leiden drückt

---

1) in I. l. p. 754 sq.

„sich der Schmerz in den Worten aus: „Mein Gott,  
 „mein Gott, warum hast du mich verlassen?” Schon  
 „die Form, in der er Gott anruft als *seinen* Gott, be-  
 „weiset, dass er, dies aussprechend, seiner unzertrenn-  
 „lichen Verbindung mit Gott im inwendigen Grunde  
 „seiner Seele sich dennoch bewusst bleibt; und auch  
 „müssen diese Worte nur als Ausdruck eines einzelnen  
 „untergeordneten Momentes im Zusammenhange der  
 „ganzen in jenem Psalme sich aussprechenden Ge-  
 „müthsstimmung aufgefasst werden. — Rätselhaft mag  
 „dieser Zug Demjenigen erscheinen, welcher ihn ver-  
 „einzt für sich, nicht im Zusammenhange des ganzen  
 „Seelenzustandes Christi bis zu dem letzten Triumph-  
 „rufe der Vollendung betrachtet; rätselhaft Demjeni-  
 „gen, welcher Christus nicht in seinem Verhältnisse zu  
 „der Menschheit, die er in seinem Herzen trägt, für  
 „die er leidet und kämpft, auffasst, Demjenigen, wel-  
 „chem die christliche Lebenserfahrung etwas ganz Frem-  
 „des ist. Der Christ erkennt hier ein Vorbild für das  
 „Leben des einzelnen Gläubigen und der ganzen Kirche,  
 „welches durch alle Stadien des Kampfes, durch ein-  
 „zelne Momente scheinbarer Gottverlassenheit hindurch  
 „der Vollendung und Verherrlichung zugeführt wird”<sup>1)</sup>.

---

1) Citatis jam h. l. Interpp. addi possunt Paulus Vos: *De zeven kruiswoorden van Jezus letterlijk en oordeelkundig beschouwd*, Gron. 1800. A. Goedkoop in Diar. Vaderl. Letteroeff. 1838. II. p. 157-169. De Keizer in resp. ad quæst.: *Komt het met de leer van den Bijbel overeen, dat het hoofddoel van het lijden en sterven van Jezus geweest is, verbetering van het menschdom te weeg te brengen, en in zooverre alleen ook vergeving van zonden te verwerven, als deze een gevolg is van onze verbetering?* in Opp. Soc. Hag. 1815. p. 41. n. 2. J. J. Scheuchzer *Bijbel d. Natuur door*

## SECTIO II.

*Dicta Jesu a Luca commemorata.*

Quum igitur Matthaeus et Marcus unum tantum retulerint dictum, a Christo in cruce prolatum, gratias profecto agere nos oportet caeteris Evangelistis, quod alia etiam dicta Christi cruci affixi memoriae servaverint<sup>1)</sup>. Exposito igitur Jesu dicto, a Mattheo et Marco tradito, videamus jam de iis, quae, referente Luca, dixerit de cruce pendens Conservator.

## § 1.

Luc. XXIII. 34<sup>a</sup>.

Ac primum quidem, ex hujus Evangelistae narratione comperimus, Jesum, quum a militibus Ro-

Laur. Meijer Tom. XI. p. 463 sq. C. G. L. Meister *Overdenkingen over de laatste woorden van Jezus aan het kruis.* e Germ. lingua in nostram convers. Francq. 1802. Cff. et *Symb. Theol.* anni 1837. II. 1. p. 137. et *Nieuw Chr. Mag.* I. 58. et 507 sqq; Hase 1. 1. pag. 205 annot. r.

1) »Septem sunt verba apud quatuor Evangelistas,» ita Bengelius ad Luc. XXIII. 34, »quorum nullus omnia perscripsit. Ex quo patet quatuor eorum libros esse quasi quatuor voces, quae conjunctae Symphoniam efficiunt, et modo singulae, modo duae, modo tres, modo simul sonant. Pleraque peregit Salvator in cruce per silentium: septem autem verba habent anakephalaesin doctrinae nobis profuturae in nostris horis extremis. Respicit enim et hostes, et peccatorem conversum, et matrem cum discipulo, et Patrem coelestem. Possunt etiam VII. verba conferri cum VII. rogationibus orationis Dominicae. Etiam in ipso verborum ordine latent mysteria, et possunt inde declarari gradus cuiusvis persecutionis, afflictionis et agonis Christiani.»

manis in crucem tolleretur, atrocissimo correptum dolore, haec enunciasse verba: *Πάτερ, ἄφες αὐτοῖς οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσι.*

Quamquam et h̄c recepta lectio nullam habet difficultatem, ne rem criticam prorsus negligere videamus, verbo monemus, omitti haec verba in Codicibus B. D. a prima manu<sup>1)</sup>), item in *Fragm. N. T. e versione Aeg.*, quae dat Woidius in *App. ad ed. N. T.* Ita et *πάτερ* omissit in Codice A. Alia, quae minoris sunt momenti, dant Millius, Wetst., Griesb., Scholz. ad h. l. Pro *οἴδασι* Lachm. et Tischend. dant *οἴδασιν*; pro *ποιοῦσι* uterque exhibit *ποιοῦσιν*.

In interpretandis autem praeclaris hisce Iesu precibus, quaerendum primum est: quinam intelligendi sint, pro quibus eas fuderit? In qua quaestione dirimenda discrepant Interpretes. Nonnulli enim has preces restringunt ad milites Romanos, qui Conservatorem cruci affixerant. Ita Bengelius, qui saltem ad vocabulum: *αὐτοῖς*, annotat: *crucifigentibus*; ita Wolfius in *Curis*, Paulus et Kuinoelius in *Comm. ad h. l.* Alii ad Judaeos quoque eas respicere existimant; verum tantummodo ad plebem Judaicam, non item ad ejus Principes et Sacerdotes. Ita Calvinus ad h. l. qui: „Ceterum verisimile est,” inquit, „Christum non promiscue pro omnibus orasse, sed tantum pro misera plebe, quam zelus inconsideratus, „non autem deliberata impietas rapiebat. Nam ut de „scribis et sacerdotibus nulla spes fuit residua, pro

1) Adduntur autem in margine, Graece, non Latine: ο δε Ιησος ελεγεν πατερ αφες αυτοις ου γαρ οιδασιν τη ποιουσιν.

„illis frustra orasset. Nec vero dubium est, quia a „Patre coelesti exaudita fuit haec precatio, hinc factum esse ut multi ex populo, quem fuderant sanguinem, fide postea biberent.” Quae postrema cum scriberet vir praeclarus, haudquaquam in memoriam sibi revocavit, quod tradit Lucas Act. VI: 7: πολὺς τε ὄχλος τῶν ἰερέων ὑπήκοον τῇ πίστει. Alii denique perhibent promiscue pro omnibus omnino necis suae auctoribus, atque adeo non tantum pro militibus Romanis et plebe Judaica, verum etiam pro Pontio Pilato Judaeorumque Proceribus has preces fudisse Christum<sup>1)</sup>. Et recte quidem, me judice. Primum enim spectasse Jesum mortem suam tum ex ipsis ejus verbis, tum e contexta oratione satis patet. Sed haec mors non tam Judaeis, multo etiam minus militibus Romanis, quam Judaeorum Proceribus auctoribus tribuenda erat. Deinde quod Christus a Patre precabatur, hoc plebs Judaica ejusque Sacerdotes in primis indigebant. Porro talis, qualis hic indicatur ignorantia, quo tempore Christus crucis supplicio afficiebatur, omnibus Ejus necis auctoribus, etsi diverso quodammodo gradu, adscribenda videtur. Apparet hoc tum ex dicto Petrino: Καὶ νῦν, ἀδελφοί, οἴδα, ὅτι κατὰ ἀγνοιαν ἐπράξατε, ὡσπερ καὶ οἱ ἀρχοντες ὑμῶν<sup>2)</sup> tum ex dicto Paulino: ἦν (Θεον σοφίαν) οὐδεὶς τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰώνος τοιτον ἔγνωκεν (εἰ γάρ ἔγνωσαν,

1) Vid. Olshausen in *Comm.* ad I. Cf. quoque J. Clarisse *Leerr.* over Lukas XXIII. 34, 35 in *Leerr.* 2de Bundel, p. 253 sqq. alii.

2) Act. III: 17.

οὐκ ἀν τὸν κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν<sup>1)</sup>). Quapropter nos quidem nulli dubitamus, quin preces has, omnium admiratione dignissimas, pro omnibus necis suae auctoribus fuderit Jesus. Sensu quidem maxime proprio *milites* tantum, qui eum cruci affigebant, ignorantes agebant. Attamen et omnes *Judei*, ne exceptis quidem eorum Principibus, *coeco* quodam impetu ferebantur, Christum morti tradentes. Quid? quod ex allatis Petri Paulique dictis recte efficitur, eos quoque Jesus verba hoc sensu accepisse. Tandem sumta hac interpretatione, uti recte animadvertis Wettius,<sup>2)</sup>, haec verba Christi multo sublimiorem, Eiusque indoli aptiorem fundunt sensum. Denique egregie sic convenient cum mandato, quod e mortuis resuscitatus, Apostolis dedit annunciandi μετανοίαν ναὶ ἀφεσιν ἀμαρτιῶν εἰς πάντα τὰ ἔθνη, ἀρξαμένον ἀπὸ ιερουσαλήμ<sup>3)</sup>). Quaenam porro vis sit formulae: ἀφες αὐτοῖς, nude sic positae, patet, si, ne alios afferam locos, idem probantes, cum eā conferimus Stephanī verba, qui ad optimi Conservatoris exemplum pro inimicis suis precatus est: Μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἀμαρτίαν ταῦτην i. e. „ne imputa illis hoc peccatum”<sup>4)</sup>. Petit igitur Jesus a Deo Patre, ne necis auctoribus continuo infliget poenam, quam ob patratum scelus commeruerant, ne illis adeo exitio festinato, vel plenissima obduratione poeniten-

1) 1 Cor. II: 8.

2) in I. l. ad l.

3) Luc. XXIV: 47.

4) Act. VII: 60.

tiam praeccludat, quâ peccatorum condonationem ét desiderarent ét accipere possent. Praeclare Chrysostomus: *τί οὖν;* inquit, „ἀφῆνεν αὐτοῖς τὴν ἀμαρτίαν; ἀφῆνε τοῖς βουλομένοις τὴν μετάνοιαν ἐπιδείξασθαι. ποιεῖ μὴ ἀφῆνεν αὐτοῖς τὴν ἀμαρτίαν, οὐκ ἀν Παῦλος ἀπόστολος λέγεντος εἰ μὴ ἀφῆνεν αὐτοῖς τὴν ἀμαρτίαν, οὐκ ἀν εὐθέως τρισχίλιοι πανταχούσχιλιοι, οὐκ ἀν αἱ πολλαὶ μυριάδες τῶν Ἰουδαίων ἐπίστενσαν ὑστερον”<sup>1)</sup>. Nec non Augustinus: „Mortem sempiternam” ait „ab eis expellebat, prece misericordissima et potentia „praestantissima. Multi ex eis crediderunt, et dimis- „sus est eis fusus sanguis Christi. Primo fuderunt „cum saevirent, nunc biberunt cum crederent”<sup>2)</sup>. Addit Jesus: *Oὐ γὰρ οἴδασι, τί ποιοῦσι·* quibus verbis rationem quandam dat, ob quam hanc veniam pro illis petebat. Minime ergo, additâ hac ratione, eos plane excusare vult a peccato. Imo vero Dei gratiam pro iis invocat; quod *culpam* eorum satis arguebat. Tantum scilicet illorum erat scelus, ut nihil restaret, nisi gratiae, nisi clementiae divinae imploratio. At vero, quandoquidem tamen ignorantes peccaverant, (quamquam ignorantia ista minime eorum culpam tollebat, quippe qui meliora cognoscere potuissent), poterat etiamnunc gratia illa pro iis implorari, quae non potest invocari eorum causa, qui etsi meliora pernoverunt, peccato tamen se tradiderint<sup>3)</sup>. Chrysostomus: *μονονονχί — τοῦτο δηλοῖ,* inquit,

<sup>1)</sup> In Serm. XXXV de cruce et latrone Opp. t. V. p. 448. ed. Front. Ducaeum.

<sup>2)</sup> Opp. omn. t. III. p. 2489. C. ed. alt. Paris 1837. Cf. et p. 2505 C.

<sup>3)</sup> Vidd. Matth. XII: 31, 32. I. Joan. V: 16.

δι ων φησιν. Ἀνόητοι εἰσι, καὶ ἀγνοοῦσιν ὁ πάτρονος<sup>1)</sup>. In eandem sententiam de his verbis disputat Joan. Brentius<sup>2)</sup>, cum scribit: „Nihil hic precibus Christi potest admirabilius cogitari. Nam et Spiritus Sanctus intime admiratur hanc orationem Christi, ut vaticinetur de ea, et commendet ipsam, priusquam Christus hominem induit.” De ipsa autem excusatione haec monet: „Num excusantur a peccato, quod ignoranter peccent? Minime. Affectata impiorum Judaeorum ignorantia nullam plane habet peccati excusationem. Nam quod ignorent, quid faciant, ipsi sibi ignorantiae suae autores sunt. Potuissent veritatem in Christo cognoscere; unde Christus ait: „Si non venissem et locutus fuisssem eis, peccatum non haberent; nunc autem non habent excusationem de peccato suo.” Quid ergo ait? Addit id Christus non ut significet ipsos non peccare, sed ipsos peccare remissibiliter, quia peccant ignoranter. — — Quare sentiendum est, affectatam Judaeorum ignorantiam non excusare ipsos ab impietate et gravitate peccati, sed tamen afferre secum occasionem quandam veniae remissionis; quae tamen remissio si contigerit, non contingit nostro merito, sed gratuita Dei clementia et bonitate”<sup>3)</sup>.

1) I. I.

2) In I. I. Hom. LXIII.

3) Cf. Bellarmini Op. laud. Lib. I. C. 1. p. 19, qui ad h. I. observat tres sententiarum a Christo in cruce prolatarum ad bonum aliorum pertinere; tres ad honum proprium; una est communis. Priorum autem denuo prima dirigitur ad inimicos; charitas enim succurrit primum magis egentibus; secunda ad amicos; postrema ad

Restat ut paucis dicamus, cum de impleto, per hanc Christi vocem, vaticinio a Jesaia aliquando edito (LIII: 12.), tum de ipsius dicti sublimitate<sup>1</sup>). Cum illis igitur Interpretibus, qui vaticinia veri nominis in Sacro Codice agnoscunt, adeoque non ad dubitant, quin Jes. Cap. LIII vaticinium exhibeat, Messiam spectans, statuimus, hisce Christi precibus ad exitum fuisse ductum hoc prophetae verbum: *Pro sōntib⁹ dēprēcatus est.* Ex animo ergo assentimur Calvinο, ad h. l. commentanti: „Hac etiam „voce Christus probavit se esse placidum ac man- „suetum agnum, qui ad victimam ducendus erat, „sicuti testatus fuerat Jesaia.” Quod attinet denique ad hujus dicti rationem, quis non admirabilem ejus sublimitatem intima persentiscat mente? Quis has preces considerans, non in summam abripiatur admirationem Ejus, qui, qua fait Christus id temporis conditione, possit precari, precari pro aliis, precari pro hostibus? Profecto, ratione omnibus numeris absoluta, facto nunc praestitit Jesus, quod dicto monerat: προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ἴμᾶς ναι

consanguineos.” Jac. Maknighti Op. I. Tom. III. p. 480 sqq. prae caet. Neander I. I. p. 695 sqq. qui itidem has Jesu preces ad omnes promiseue ejus necis autores respicere perhibet.

1) Quod enim Straussius perhibet, quamquam ipse concedere debet, has Jesu preces apprime convenire, et Ejus indoli, et ejus praecepto, quod habetur Mt. V: 44, fluxisse nimirum omnem hanc Lucanam narrationem ex loco Jesaiae laud., quodque Cl. Hase, Op. laud. § 120, p. 201, monet de narrationibus »durch angezogene Weissagungen irritirt,” ejusmodi ratiocinationes dijndicandae erunt, ubi in verborum authentia defendenda versabimur.”

**διωκόντων ἵματα.** Sed hac de re dicendi opportunior deinceps erit locus<sup>1)</sup>.

§ 2.

Lue. XXIII. 43.

Narrant quidem et Matthaeus et Marcus simul cum Christo duos latrones cruci fuisse affixos, ampliorem vero et accuratiorem hujus rei notitiam Lucae debemus. Hic enim refert alterum eorum, exemplum plebis, Judaeorumque procerum secutum, Christum calumniatum esse, alterum vero, fide sincera omniq[ue] digna admiratione, Ipsum agnoscisse Dominum et Conservatorem suum. Scilicet postquam hic socium calumniantem redarguerat, ad Christum sese convertebat, supplices has preces fundens: *Μνήσθητί μου, πάτερ, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασικείᾳ σου.* Qua fide cognita, Jesus latroni supplicanti memorabile hoc responsum dedit: *Ἄμὴν λέγω σοι σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ.*

1) Ceterum vix memoretur opus est quaestio, quam movet Wolfius, in *Curis* ad h. l.: »Cavillantur hic Judaei et nominatim auctor libri *Chissuk Emuna* P. II. C. XL, dicentes, Christum apud Patrem pro Judaeis intercessisse, et vel sic tamen hos, Christianis ipsis profidentibus, ob caudem Christi gravissime affligi, certo argumento, Christum apud Patrem nihil effecisse.“ Ad quam quaestionem, haud sane difficilem, recte respondet Wolfius dicens: »Christi preces omnino exauditae fuerunt in tantum, in quantum Pater Filii sui mortem non statim ultus est, — sed poenitentiae potius locum fecit: in quantum etiam nonnulli illorum, qui ignorantes sceleri huic manus admovebant, postea ad Christum conversi sunt.“

Antequam vero in explicando hoc Christi dicto periculum facimus, verbo monemus, admodum suspectum illud visum esse, antiquissimo aevo, saltem haereticis nonnullis. Ita, ut videre est apud Wetstenium, omittebantur haec verba a Marcione ap. Epiphanium<sup>1)</sup> et Originem<sup>2)</sup>, qui οὐτω δέ ἐτάραξέ, inquit, τινας ὡς ἀσύμφωνον τὸ εἰρημένον, ὡς τε τολμῆσαι αὐτὸν ὑπονοῆσαι, προστεθῆσθαι τῷ Εὐαγγελίῳ ἀπό τινων ἁδιουγῶν αὐτῷ (om. a Wetst.) τῷ σῆμερον μετ' ἔμοι ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ τοῦ Θεοῦ<sup>3)</sup>. Paulo accuratius scripserat Millius ad l.: „Versum „hunc sustulit Marcion, teste Epiphanio. Et Origenes „quosdam aetatis suaem memorat dicto hoc, ceu abso- „no - adeo perturbatos, ut a nonnullis Evangelium hoc „adulterantibus, injectum suspicarentur, Comment. in „Joann.” Item Chrysostomus<sup>4)</sup>: Οἱ Μανιχαῖοι, inquit, ἐπιλαβόμενοι τοῦ τόπου τούτου φασὶν, ἐπεν δ Κύριος, ἀμήν π. τ. λ., οὐκοῦν ἀντίδοσις ἥδη γέγονε τῶν ἀγαθῶν, καὶ περιττὴ ἡ ἀνάστασις. — εἰ γὰρ ἡν σωμάτων ἀνάστασις, οὐκ ἀν ἐπεν, σῆμερον π. τ. λ. ἄλλ’ ἐν τῷ καιρῷ τῆς συντελείας, ὅταν σωμάτων ἀνάστασις. Ipse autem Origines: ἡμεῖς δέ φαμεν, inquit, ἀπλούστερον μὲν, ὅτι τάχα ποὶν ἀπελθεῖν εἰς τὴν λεγομένην παρδίαν τῆς γῆς ἀπεκατέστησεν εἰς τὸν παράδεισον τοῦ Θεοῦ, τὸν εἰπόντα αὐτῷ μηδέποτε μου, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου βαθύτερον δέ, ὅτι πολλαχοῦ τὸ, σῆμερον, ἐν τῇ γραφῇ καὶ ἐπὶ ὅλον

1) *Adv. haeres.* Lib. I. Tom. III. Ed. Petavii Col. 1682. T. I. p. 317.

2) *In Joan.* Ed. de la Rue, Tom. IV. p. 455.

3) Cf. *Schol. a Matth. laud.*

4) *Opp.* Tom. V. 7. ed. Montefalco.

παρατείνει τὸν ἐνεστήμοτα αἰῶνα ὡςπερ δὲ καὶ ἐν τῷ ἐφημίσθῃ ὁ λόγος οὗτος παρὰ Ἰουδαιοῖς μέχρι τῆς σήμερον, καὶ οὗτος πατὴρ Μωαβιτῶν μέχρι τῆς σήμερον ἡμέρας, καὶ σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀπουσήτε, καὶ μὴ ἀπόστητε ἀπὸ Κυρίου. Ἐν τῇ σήμερον οὖν ἡμέρᾳ ἐπαγγέλλεται αὐτῷ ἀξιώσαντι μνησθῆναι αὐτοῦ ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ τὸ ἐν τῷ ἐνεστήκοτι αἰώνι πρὸ τοῦ μέλλοντος ποιῆσαι αὐτὸν γενέσθαι σὺν αὐτῷ ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ. h. e. „At vero nos juxta simplificiorem quidem sensum intelligimus, eum fortasse, „antequam abiret in cor terrae, ut vocant, restituisse „in Paradiso Dei dicentem sibi: *Domine memento mei,* „*dum veneris in regnum tuum:* juxta vero profundior „rem sensum dicimus plerumque vocabulum *hodie*, „in scriptura extendere praesens tempus in totum „saeculum: ut in illud: *Divulgatum est hoc verbum* „*apud Judaeos usque hodie;* et *Hic est pater Moabi* „*tarum usque in hodiernum diem;* et *Hodie si vocem* „*Ejus audieritis, ne recedatis a Domino.* Itaque oranti „latroni ut sui memoria habeatur in regno Dei, pro- „mittit Christus in vocabulo *hodie*, se facturum ut „latro ipse secum sit in regno Dei, in praesenti sac- „culo ante futurum.” Ex dictis igitur luce clarius „apparet, tantummodo rationes dogmaticas fuisse, qui- „bus inducti nonnulli hunc versum e textu expungen- „dum esse putarint. — Quod attinet autem ad ipsam nostri loci lectionem, pro recepta: καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· ἀμὴν λέγω σοι, Codex D habet: ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ τῷ ἐπλήσσοντι: 1) Θάρσει, Latine:

---

1) A prima manu ἐπλήσσοντι exhibetur. Ex emendatione Ιωαννέσου.

„Respondens autem Jesus dixit, qui objurgabat eum: „animaequior esto:” quae tamen lectio, utpote interpretationem redolens, non admittenda est. — Omittitur quidem ὁ Ἰησόντος in Codd. B L, uti et in Vers. Copt., sed retinendum videtur. — Ad vocem σῆμαρον Millius: „Quidam olim,” inquit, „distinctio- „nem posuerunt post σῆμαρον, hoc modo: Αὐτὸν λέγω „σοι σῆμαρον, κ. τ. λ.” Vidd. ejus Prolegg. p. 1019, ubi Hesychium notat, et sententiam de jungenda voce σῆμαρον cum praecedentibus improbat, additis hisce: „Neque enim Codicum auctoritate nititur haec distin- „ctio, imo vero sensui verborum vim infert, quod „recte notat Theophylactus. Quod autem ultra „addit Hesychius, Christum ratione divinae na- „turae ubique fuisse, adeoque et in sepulchro, et etiam „in paradiſo cum latrone, verum quidem est, sed „nihil ad sententiam Christi.” Et Wetstenius, ad τὸ σῆμαρον: „Hanc vocem,” inquit, „praecedentibus „jungendam esse statuit cum aliis Hesychius q. 49<sup>1)</sup>

sec. Wetst., pro quo Griesb. legendum esse monet: ἐπιπλήσσοντες; sed male; nam Codex habet ἐπιπλήσσοντες, uti et Scholzius dat.

1) Perperam vero de Hesychio loquitur Wetst. Vid. Hesychii Quaestt. 70, quas exhibet Cotelerius in Monum. Ecol. Gr. T. III. ubi ad Diff. 49: »Quo tandem modo pollicitatio Domini ad latronem »adimpta est: Hodie etc.; siquidem Christus post crucifixionem »in Infernum ad liberandos mortuos profectus est: oportuit autem »et latronem, ut qui legi naturae esset obnoxius, ad Infernum veni- »re;” respondet: »Nonnulli quidem ita legunt: Amen dico tibi »hodie,rell. sed, etsi legendum fuerit, uti vult usus, nihil con- »trarium sequitur: quando servator noster incircumscrip̄ta sua divi- »nitate, non solum in Inferno adfuerit, sed et in Paradiſo una cum »latrone et in Inferno et cum Patre et in sepulchro, utpote cuncta »replens.”

,qui citantur Schol. Codicis 34. Theophylactus<sup>1)</sup>: „ἄλλοι δέ εὐβιάζονται τὸ ὄντα, στίζοντες τὸ σῆμεν, ἵνα ἡ τὸ λεγόμενον τοιοῦτον ἀμήν λέγω σοι σῆμαρον· εἴτα τὸ μετ' ἔμοι ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ συνεπιφέροντες. Sever. Apologet. 22”<sup>2)</sup>.

His praemonitis, ad ipsam hujus dicti interpretationem progrediamur. Ut autem rite ejus sententiam assequamur, primum ipsae latronis preces considerandae sunt, ad quas hoc verbo respondit Christus, et, quoad ejus fieri potest, illius animi conditio nobis informanda. Μνήσθητι μου, κύριε, σταύ ἔλθης ἐν τῇ βασιλείᾳ σου precatus erat latro. Uti autem e verbis, quibus supplicii socium, Christum calumniantem, redarguit, patet timore Dei eum fuisse imbutum; imo vero peccata sua non tantum eum cognovisse, sed etiam verâ poenitentiâ confessum esse, ita ex Ejus precibus ad Jesum conversis apparent, hunc ab ipso Messiam esse habitum, a quo solo salutem suam exspectaret. Quae a variis Interpretibus de latribus istis, una cum Christo cruci affixis, referuntur, maximam partem, tacente historiâ<sup>3)</sup>, meris conjecturis nituntur. Sed nostra omnino facimus haecce Cl. Neander<sup>4)</sup> verba: „Ob Beider Verbrechen ver-

1) Opp. Tom. I. p. 487.

2) Cf. Schol. a Matth. laud.

3) Ad historica certe referri nequit, quod traditum narrat Augustinus, in l. *ad sororem*, de vita eremita, Opp. t. I. p. 1403 sq. D. A. de hoc latrone, qui Jesum infantem, et in Aegyptum sufficientem, e latronum manibus eripuerit, dixeritque: »o beatissime parvolorum! si aliquando se tempus obtulerit mihi misericendi, tunc memento mei, et hujus temporis noli oblivisci.“

4) I. l. p. 753 sq.

„schiedener Art waren, etwa der Eine ein gewöhnlicher  
 „Räuber war, der Andere ein Solcher, der durch den  
 „Geist des Aufruhrs, die politischen Leidenschaften,  
 „welche damals unter dem jüdischen Volke wüteten,  
 „gleich jenen den Partheihäuptern dienenden Sikariern  
 „(wie Barabbas nach Luc. XXIII. 19) sich hatte fort-  
 „reissen lassen — darüber können wir nicht entschei-  
 „den. Von welcher Art aber auch sein früheres Ver-  
 „brechen war, und wie er dazu verführt worden seyn  
 „mochte, so scheint doch auf jeden Fall das Gefühl  
 „seiner Sünde und Schuld schon früher in ihm er-  
 „wacht zu seyn, und dies war es, was für höhere  
 „Eindrücke ihn empfänglicher machte. Je mehr er  
 „sich seiner eigenen Leiden als verschuldeter bewusst  
 „war, desto tiefer wirkte der Anblick Dessen, der  
 „als ein Heiliger unter den schwersten Leiden sich  
 „darstellte, auf ihn ein. Wer kann berechnen, was  
 „der unmittelbare Eindruck des Göttlichen über ein  
 „zerknirschtes, durch die Leiden selbst der Sinnlich-  
 „keit entfremdetes Gemüth vermag? Es zeugt sowohl  
 „von der Herrlichkeit des göttlichen Lebens, welche  
 „Christus im Angesichte des Todes offenbarte, als  
 „von dem Grade, in welchem bei diesem bussferti-  
 „gen Verbrecher die religiös-sittliche Empfänglichkeit  
 „entwickelt seyn musste, wenn unter diesen Eindrü-  
 „cken der Glaube eines Solchen, der keine früheren  
 „Beweise von der Hoheit Christi gesehen haben  
 „nochte“ (quod tamen fieri potuit) „dem Glauben der  
 „Apostel selbst voraneilte; denn er hatte das Vorur-  
 „theil des sinnlichen jüdischen Geistes so weit über-  
 „wunden, dass er in dem mit ihm Leidenden selbst

„den Messias zu erkennen vermochte“<sup>1)</sup>. Quod si talis, qualis his verbis depingitur, nobis informemus latronem istum, ad meliorem mentem conversum, ab una quidem parte cavemus, ne notiones illi animique sensus adscribamus, quae postea demum Apostolis, accepto Spiritu sancto, propriae erant<sup>2)</sup>; ab altera vero parte ne illius cogitata vix plebis Judaicae opinionibus de Messia ejusque regno sublimiora putemus. Quare etiam lubenter assentimur eidem Cl. Neander, supplices latronis preces: *Μνήσθητι ο. τ. λ. λ. λ.* ita interpretanti: „Sey meiner eingedenk, wenn du kommst, „dein Reich in der Welt zu gründen!“<sup>3)</sup> Certe his verbis confitebatur latro Jesus, quem inscriptio cru-

1) Bengelius ad h.l. perhibet, latronem, qui Christum injuria afficiebat, fuisse Judaeum; alterum ex gentibus oriundum. Quod scilicet ex utriusque sermone aliisque rebus ipsi patere videtur. »Ille enim,« inquit, »Judeorum more nomen Christi exagitat. Hic Regis nomen, ut milites, sed meliore ratione, animadvertisit. Accedit, quod »Dominus beatitudinem Ei promittens, non ad verba promissionum »verga Patres, sed ad primas origines, de paradiſo? (haec vero vox plane Judaica erat) palludit.“ Pulchre autem idem de latrone ad meliorem mentem converso: »Hujus resipiscentiam multum adjuvit »crux durissima. Rara conversio in molli lectulo!“

2) Vid. Bellarminus Op. cit. I. I. C. IV. »Admiranda prorsus,« inquit, »Spiritus Sancti gratia in corde hujus latronis. Petrus negat; latro confitetur. Thomas nisi videat, negat se crediturum; latro in cruce Christum cruci fixum adspiciens, Regem post mortem futurum non dubitat. Unde patet latronem non somniare regnum Christi temporale, in terris futurum, sed aeternum in caelis.“ Inio Anonymus ille Doct. jam cit. (*Exeges. Pass. J.C.*) latroni summam Christi ejusque regni cognitionem tribuit per immediatam Spir. S. operationem.

3) Animadvertisenda enim hic est vis formulae: ἵλειν λι τ. βασ. (quam recte expressit Neander) omnino diversae a formula: — εἰς τὴν βασ.

ei affixa τὸν βασιλέα τῶν Ἰουδαίων dicebat, Messiam, eique regnum post mortem futurum adscribebat. Summis igitur fidem ejus efferimus laudibus, lubenterque Augustino assentimur, eam cum Discipulorum defectione sic comparanti: „Tunc enim fides ejus de ligno floruit, quando discipulorum marcuit. — Illi enim desperaverunt de moriente, ille speravit in commoriante: refugerunt illi auctorem vitae, rogavit ille consortem poenae: doluerunt illi tamquam hominis mortem, credidit ille regnaturum esse post mortem, deseruerunt illi sponsorem salutis, honoravit ille socium crucis”<sup>1)</sup>). Idem tamen negamus, (quod aenigma esset psychologicum), conversum latronem jam tunc concepisse notionem perfectissimam de Christi regno omnino spirituali.

Ad haec igitur verba latronis Christus respondit: Ἀμὴν λέγω σοι οὐ τοι. Ἀμὴν vox Christo solennis, qua utebatur, cum quid serio affirmare vellet<sup>2)</sup>. Et sane, ratione habita est rei promissae, est latronis personae, est Christi ipsius de cruce pendentis, opus omnino erat promisso ejusmodi affirmatio adderetur. Perperam autem nonnulli vocem σῆμερον cum antecedenti λέγει junixerunt; quod, testante Grotio ad h. l. improbat ipse *Syrus Int.* Ibi enim plane languagesceret); neque ullus vix hodie reperiatur Inter-

1) *Opp. t. X. p. 700 B. C.*

2) Aug. Tract. 41 in *Joan.* hand inepte hanc vocem quasi juramentum Christi esse dixit.

3) Cf. Wettius l.l. ad h. l. et Thoden v. Velzen *Het Evangelie aan de dooden verkondigt* p. 63; ex antiquioribus Bellarminus, l.l. Cap. IV. qui ad vocabulum τῇμερον haec annotavit: »Hodie.

pres, qui veterem hanc nonnullorum ψευδερμηνίαν amplectatur. Quid, quod in ipso *Catechismo Rom. τό σῆμερον* ad seqq. refertur <sup>1)</sup>. Itaque hac voce cum sequentibus juncta, Christus hisce verbis latroni plus promittit, quam rogaverat. Precatus enim erat latro, ut olim Jesus ipsius memor esset, cum regni possessionem accepisset; Christus vero illi promittit, intra hunc ipsum diem speratae felicitatis eum participem fore. Quodsi igitur cum Cl. Neander recte preces latronis interpretati simus, non dubitamus cum eo affirmare: „In manichäischer Hinsicht bedeutsam ist die Antwort Christi, welche in „der Art, wie sie den gewöhnlichen jüdischen Ansichten widerspricht, den Beweis ihrer Ursprünglichkeit in sich trägt. Er verheisst dem aus ächter „Busse hervorgegangenen Glauben des Sünder die

»Non dicit in die judicii, non post aliquot annos purgatorii ad refrigerium te ducam. Non sine causa ergo Aug. in lib. *de origine danimae* Lib. I. C. 9., Cyprianum secentus, existimat, latronem nullum posse vocari martyrem et siccirco sine purgatorio transivisse de hoc mundo ad patriam. Publice enim confessus est Christum,” et Wolfius in *Curis* etc. qui perperam, voculam σύμερον ad antecedentia referri, jam monuisse Theophylactum dicit, uti et Millium, Richard. Simon. in *Hist. Crit. N. T.* Lib. I. C. 33. Lib. III. p. 398 item in notis ad h. l. Conserri jubet B. J. H. Majum in *Examine Hist. Crit. Simon.* p. 481 et Amelium Part. II. p. 464. Nihilominus, monente Wolfio, Photiniani istam explicationem avide amplexi sunt. Alii denique contendere vocem σύμερον particulam esse asseverandi, non notam temporis. Contra utramque ψευδερμηνίαν citat Wolfius Hackspanium in *Notis* ad h. l. p. 373. Caeterum, haec Jesu verba omnino valere ad extinguendum purgatorium, ex ejus sententia, recte ostendit B. Raithius in *vindiciis vers. Lutheri* p. 409.

1) Vid. *Cat. Rom.* P. I. c. VI. Qu. VI.

„Seligkeit, und im Gegensatze gegen jene auf das „erst in der Zukunft zu gründende Messiasreich ge-“richtete Erwartung verweiset er ihn auf eine Se-“ligkeit, in die er sogleich eingehen werde. „Wahr-“lich, ich sage dir, noch heute wirst du mit mir „„im Paradiese seyn“ (eine symbolische Bezeichnung „„der Region der Seligkeit“). — Praeclara promissio! Hoc ipso die finis imponeretur ejus perpessionibus. Imo vero hoc ipso die cum Christo foret in Para-“diso! — Formula: *μετ' ἐμοῦ ἔσῃ*, monente Wolfio l. l. proprie Graeci utuntur, ubi aliquem ad convivium vocant. Lamb. Bos<sup>1)</sup> ostendit, philosophos Graeco-“corum beatum post hanc vitam statum sub convivii habitu re praesentasse. Christus indicat consuetudinem, quam cum ipso post mortem latro esset habi-“turus. „Hoc autem *μετ' ἐμοῦ ἔσῃ*,“ ut cum Bellar-“mino loquamus, „etiamsi nihil promitteretur aliud, „magnum jam praemium esset latroni. Recte enim „Augustinus, (Tract. 51 in Joan.) ubi male potest esse „cum Illo et ubi bene esse potest sine illo?“ Sed additur etiam: *ἐν τῷ παραδείσῳ*, de qua voce restat ut dicamus. Virorum dd. sententiae in constituenda ejus notione admodum variant. Dubium autem esse non potest, quin Christus ea voce usus sit, quam sciebat a latrone intelligi. Plerique omnes eam pro Persica habent<sup>2)</sup>;

1) In *Exercitt.* p. 49 sq.

2) Cf. Wolfius in *Curis* etc. qui excitat ad h. l. Brissonium de regno Persarum p. 208. Chaitomaicum de vocibus Graeco-bar-“baris N. T. al. At vero, affirmante Wolfio, Schröderus in Diss. *prævia ad Thesaurum Armenicum* p. 56, illud ex Armenia lingua mavult repetere. Aliorum etymologias recenset Doct. Jo. Henr. a

quam vero Hebrei quoque usurpant<sup>1)</sup>; Graeci suam fecerunt. *Oī ó Hebraicum ἡρτοῦ παράδεισον* vertunt tum alibi, tum in primarum mundi originum historia. „Unde factum est,” monente Grotio ad n. l., „ut jure quodam praecipuo παράδεισος vocetur Hellenistis, etiam Philoni: *beatus ille hortus in quo Adamum Deus collocavit.* Post Esdrae tempora, cum res post vitam hanc mortalem eventurae, obscurius olim indicatae, propriis distinctisque nominibus appellari coeperunt, felicitas post hanc vitam mortalem, sed praecipue piarum mentium a corpore separatarum et resurrectionem exspectantium status, vocatus est Hebraeis נֶהָרָה, quae voces hoc sensu in *Thalmudicis scriptis* frequentes occurunt.” Ex quibus, secundum Grotium, patere videtur, eorum temporum loquendi usum distinxisse Paradisum inter et coelum: unde, ipso monente „interdum *Paradisum inferiorem* nuncuparunt, quia coelum *Paradisus superior.*” Ast vero, nostro quidem judicio<sup>2)</sup>, si vel maxime seriore tempore apud Judaeos vocabulo παράδεισος ejusmodi notio substrata sit, minime adhuc probarunt nec Grotius, neque Olshausenus, nec nuperrime Thoden van Velzen<sup>3)</sup>, Jesu jam tempore illum loquendi

Seelen in notis ad Burtonii *Asiatica linguae Persicae* p. 68. Vid. Lightfootum ad h. l. Caeterum de significatu et origine vocis παράδεισος lege *Observe. selectas Hallenses* Tom. VIII. Obs. IV. p. 87 sqq.

1) Vid. Eccl. II: 5. Nehem. II: 8.

2) Vid. quoque Wolfius in *Curis* ad h. l. qui eorum sententiam, qui notiones vocis παράδεισος et coeli a se invicem distinguant, refutatam ait a Balth. Henr. de Platen in *Disp. sing. de his Christi verbis.* Cf. Wettius ad l.

3) Qui etiam ex hoc Christi effato pro dogmate *de J. descensu ad*

usum obtinuisse. Imo, qui quodammodo opinione praeoccupata vacat, fatebitur, ab his Interpretibus in simplex vocabulum παράδεισος notionem translatam esse, quam seriorum demum temporum aut Scriptores Rabinici, aut etiam Patres Ecclesiae, dogma de animalium statu post mortem excolentes, illi adscripserint. Simpliciter igitur, nobis quidem judicibus, voce παράδεισος, Christus, popularium suorum usui loquendi sese accommodans, qui statum hominis post mortem beatum nomine loci, quo Adamus degerat, omnibus deliciis abundante, nuncupabant, felicitatem piorum post mortem iannuit<sup>1)</sup>. „De loco paradisi,” quod cum Calvino dicimus, „curiose et argute disputandum non est; nobis sufficiat quicumque fide insiti sunt in Christi corpus, ejus esse vitae particeps, atque ita post mortem beata et laeta quiete frui, donec in solidum patet fiat Christi adventu perfecta coelestis vitae gloria.” — Atque his de singulis hujus Christi effati verbis monitis, satis com-

*inferos* praesidium petierunt. Nescio tamen quo jure ultimus illorum Interpretum (Op. land. pag. 60 sq. et in annot.) pro sua sententia, qua statuit, sanctos atque impios in communi loco versari post mortem γηνεψιος dicto, cuius una pars paradiſus, altera gehenna vocabatur), ex parabola *Lazari et hominis divitis*, argumentum duxerit. Si quid video, luce clarius ex hac parabola patet, cum post mortem hominis sortem continuo esse, et manere aut felicem aut infelicem, tum nullam quidem communionem tunc esse posse inter et impios. Precibus enim hominum divitis respondens inducitur Abrahamus (Luc. XVI: 26): μεταξὺ δὲ οὐλῶν καὶ ὁμῶν χάσμα μέγα εἰστήριπται κ. τ. λ.

1) Bengelius ad vocem παράδεισος: »Augustissimam» inquit, »beatiae sedis appellationem in profundissima passione Jesus adhibet. »Haec migratio differt quidem ab adscensu in coelum; sed tamen docet, descensum ad inferos laute esse explicandum.”

probasse nobis videmur nostram de eo sententiam supra indicatam, et huc redeuntem: *Profecto tibi dico, rogas quidem ut olim cum regni possessionem accepero, tui memor sim; at vero hodie, intra hunc ipsum diem speratae jam felicitatis particeps eris* <sup>1)</sup>). Quod superest, etiamsi hac de re infra fusius disputandum sit, verbo jam monemus de summo Jesu Christi, qualis hic cernitur, amore et potestate, quibus in ipsis perpersonibus ornatus, sese praebuit peccatoris, veram poenitentiam agentis, Conservatorem clementissimum ac Dominum potentissimum. „Quanquam nondum Christus,” haec Calvini verba nostra facimus „palam „de morte triumphaverat, ejus tamen efficaciam et „fructum in media sui exinanitione exserit. Atque hoc „modo declarat, nunquam se regni potentia fuisse „exutum; nihil enim Regi divino magis excelsum aut „magnificum, quam mortuis vitam restituere” <sup>2)</sup>. Nec dubitamus dictum hoc Christi ad latronem, cum Brentio <sup>3)</sup>, nominare „vocem aureis semper literis „scribendam, imo potius altissima mente reponendam, „et numquam non in animo nostro versandam” <sup>4)</sup>.

1) Cf. Brentium l. l. Hom. LXIV. qui ad verba: *Hodie mecum etc. haec habet: »Haud obscure hic indicat Christus, sanctos non sita obdormiscere, ut animae eorum evanescant, donec advenerit novissimus dies, sed quod vere in Christo vivant. Stephanus scit: Domine Jesus suscipe Spiritum meum. Et Paulus: Cupio nondissolvi et esse cum Christo! Quid magis perspicue dici potest, quam quod Spiritus Sanctorum post mortem cum Christo feliciter vivant, donec etiam corpus in novissimo die resurgat.”*

2) Cf. omnino v. d. Palm in Leerr. Ed. recent. Tom. V. p. 55 sqq. nec minus e vett. Chrysostomum de cruce et latrone l. l.

3) l. l. Hom. LXIV.

4) Praeterquam laud. h. l. Interpp. vid. apud Cl. Hase L. J. l. l.

## § 3.

Luc. XXIII. 46.

Hoc tandem loco tradit Lucas, Jesum, quum in eo esset ut moreretur, magna voce clamasse: „Πάτερ,  
εἰς χεῖράς σου παραθήσομαι τὸ πνεῦμα μου!” Quum igitur Matthaeus et Marcus tantummodo narrent, magna Eum voce paulo ante suam mortem clamasse, Lucas ipsa etiam verba refert, quae Sospitator moribundus enunciaverit.

Quod ad nostri loci lectionem attinet, verbo monemus, vocabulum *Πάτερ* omitti tantummodo in Codd. 28, 49, atque adeo retinendum esse. — Pro *παραθήσομαι* autem legunt alii *παρατίθημι*; in his D. et PP. nonnulli. Plurimi vero, nempe ABCKMPQX. all. uti et multi PP. habent: *παρατίθεμαι*, quam lectionem, non spernendam quidem, at receptac tamen inferiorem judicat Griesbachius. Receptam quoque tuetur Grotius, atque id eo magis quia apud τοὺς ὄ in Psalmis simili modo legitur. Utraque var. lectio e studio emendandi futuri temporis *παραθήσομαι* orta videtur, quod recte monet Wettius ad l. Sed

---

varios hoc de C. effato SS. all. inter eos: J. F. Mayer *Disp. de verbis Christi ad latronem*. Grypew. 1707. 4. Eberh. Weissmann *Quæst. quaedam insigniores ex historia latronis conversi*. Tab. 1745. Addantur quæ scripta de hoc arguento reperiuntur in *Additam. ad Opp. Soc. Hag.* 1814 p. 16. in *Symb. Theol.* 1814 II. 2. p. 558. 1815. III. 1. p. 357. Cf. et Ven. v. d. Willigen, *Naauwkeurig onderzoek naar de leer des Bijbels aang. den staat der zielen tusschen den dood en de wederopstanding der lichamen*, in *Opp. Soc. Hag.* 1811. p. 35.

non est, quod futurum illud nos offendat; nam non deponebat hoc ipso temporis punto, sed mox depositurus erat animam suam Jesus. Nulla igitur causa est, quare cum Grotio statuamus „est more Hebraeorum futurum pro praesenti:” quod nemo, nostro tempore, quo accurata interpretandi ratio est restituta, facile dixerit. Attamen Lachmannus et Tischendorfius παρατίθεμαι exhibit<sup>1)</sup>.

Memorabile hoc Christi de cruce pendentis effatum iterum e Psalmis sumtum est<sup>2)</sup>. Scilicet in Psalmo XXXI. 6. Davides, summis in periculis versans, divinae tutelae vitam suam commendat. Exactius etiam haec verba cum Christi conditione congruunt, qui non adeo vitam suam, quam potius *mentem* sive *spiritum* Patri commendabat, quem proprie דָוִת appellant Hebreai; quod recte monet Grotius ad l. Dein observandum παρατίθεται ejus proprie esse, qui rei dominium habet. Quis autem, nisi Christus, ἔσωσαν εἰς θεῖν τὴν ψυχὴν καὶ πάλιν λαβεῖν αὐτὴν?

1) Cf. ad h. l. Matth.

2) Non possumus non pulcherrima hic describere verba Doct. Da Costa, qui in Op. suo: *Voorlezingen over de Waarheid en Waardij der SS. v. h. O. T. T. H. P. I.* pag. 14, haec de Psalmis monet:  
 »Nog eene eigenschap dier liederen rijk en lieflijk van kracht en  
 »kern: op de *Psalmen* bepaald en afzonderlijk beroeft zich de ver-  
 »rezen Heiland in het midden der discipelen, wier oogen en hart  
 »hij opent, opdat zij de Schriften, die van Hem getuigen, mogen  
 »verstaan, (Luc. XXIV: 44). En van de woorden, die Hij uitriep op  
 »het hout des kruises, waren drie een weerklang (neen! de hoogste  
 »verwezenlijking en vervulling) van een Psalmwoord: »Mijn God” etc.  
 »(Ps. XXII.) »Mij dorst” (Ps. LXIX: 22.) »In uwe handen beveel ik  
 »mijnen geest.” (Ps. XXXI. 6.)“

„Paulo aliter,” recte iterum monente Grotio, „Stephanus, qui moriturus non *deponendi* utitur voce, sed „Jesum, jam factum Dominum vitae et mortis, *rogat* „ut accipere velit, in suam scilicet custodiam, *spiritum ipsius*”<sup>1)</sup>. Manus autem Deo tribuuntur in libris sacris, ad potentiam Ejus significandam. In manus Ejus aliquid deponere est potentissimae Ejus curae et tutelae aliquid committere. Itaque Christus, spiritum suum in Patris manus deponens, significat, se potentissimae Patris curae et tutelae eum commendare, ut eum conservet, quem corpori suo e mortuis resuscitato brevi restitutum iri sciret. His igitur verbis probavit, fidem suam in Deum collocatam minime fuisse concussam: unde pulcre ad h. l. Calvinus „Nullus,” — inquit, „clarior agi potuit triumphus „quam, dum intrepide jactat, Deum animae suae „(quam omnes perditam putabant) fidum esse custodem.” Neque facile quis calculum adjicere denegabit iis, quae apte ad h. l. disputat Brentius<sup>2)</sup>: „Haec „commemorantur quidem paucissimis verbis, sed non „sunt paucis cogitationibus praetercunda. In hoc enim „loco summa nobis salus parta est. Ad hanc horam „respexerunt fide sua omnes sancti Patriarchae et „Prophetae. Ad hanc horam respexerunt omnia veterum sacrificia jam inde ab initio orbis terrarum. „In hanc igitur horam respiciendum etiam est omnibus iis, qui veram et perpetuam salutem desiderant. —

<sup>1)</sup> Vid. Act. VII: 59. Bengel ad h. l. »Spiritum Jesu,» inquit, «Pater suscepit, Iesus fidelium.»

<sup>2)</sup> l. l. Hom. LXV.

„Dein declarat etiam hoc majestatem Christi, quod  
 „deponat spiritum suum, non cum homines cogunt,  
 „sed cum ipse vult<sup>1)</sup>). Praeterea cum Deum Patrem  
 „vocat, significat se filium Dei, cum vero deponit  
 „spiritum suum et moritur, significat se filium homi-  
 „nis ac vere hominem esse. Deinde cum deposuerit  
 „spiritum suum apud Deum Patrem, manifeste docet  
 „quod spiritus hominum post hanc vitam non ita  
 „extinguantur, ut nihil omnino sint; sed quod vivant  
 „coram Deo. — Si Deus pater assumit et conservat in  
 „morte spiritum Christi filii sui, profecto assumet et  
 „conservabit etiam propter Christum omnium cre-  
 „dentium in Ipsum spiritus, donec iterum a mortuis  
 „excitentur. Postremo videmus quidem Christum  
 „exspirasse et mortuum esse, mors autem ejus longe  
 „aliter consideranda est, quam alioqui natura mortis  
 „appareat. Mors enim natura sua est peccati stipen-  
 „dium. Et quia peccatum affert secum perpetuum  
 „interitum, idcirco mors natura sua via est ad extre-

1) Recte quidem. At vero neque ex ipso hoc vocabulo παρθενος  
 hoc efficitur, ut quidam Interpp. volunt; neque ex eo quod magnum  
 clamorem paulo ante mortem ederet Christus, sequitur, Eum tum  
 nondum mori debuisse, sed sua sponte animam efflasse. Inter haec  
 duo enim rite distinguendum, vere quidem sponte sua Dei filium,  
 humanā naturā indutum, obedientiam Patri praestitisse ad mortem us-  
 que, sed ipsi tamen, quum semel Sospitatoris munus suscepisset,  
 ἀδύνατο fuisse ex libitu vitam suam aut prolongare aut decurtare.  
 Quod autem magno clamore edito moreretur Christus, in miraculis  
 saltem esse nequit. Vid. Rensing Op. laud. p. 95 sqq. et pag. 107 sq.,  
 ubi magnā doctrinae copiā ostenditur Jesum, etsi jam moribundum,  
 sumto potu viribus quodammodo recreatis, facile tam alta voce ultima  
 illa verba efferre potuisse. Cf. Bynaeus de morte Chr. C. XIX.  
 § 7—10. Symb. Theol. 1814. I. 161.

,,maminternitionem. In Christo autem natura mortis plane subversa, potentia ejus prorsus sublata est.”

### SECTIO III.

#### *De Jesu dictis a Joanne traditis.*

Expositis iis, quae, referentibus Synopticis, de cruce pendens dixerit Christus, jam interpretanda nobis sunt Jesu dicta a Joanne tradita. Profecto si quis alius, discipulus, quem diligebat Jesus, idoneus nobis testis est eorum, quae Conservator noster novissima fuerit locutus. Ut Lucas, sic Joannes tres itidem commemorat voces, quas Jesus, dum de cruce pendebat, extulerit. Ac primum quidem nobis flebillem illam scenam repraesentat, cuius ipse magna pars fuit, qua Christum cruci affixum, matrem adstantem dolorosam, ac discipulum amantissimum quasi conspicimus, Jesumque primum matrem, tum discipulum ita alloquenter veluti audimus, ut illam hujus pietati ac tutelae committat. Hoc igitur Christi dictum primo loco paulo accuratius consideremus.

#### § 1.

#### *Joan. XIX: 26.*

*Ιησοῦς οὖν, referente Joanne, ἵδων τὴν μητέρα καὶ τὸν μαθητὴν παρεστῶτα, ὃν ἡγάπα, λέγει τῇ μητρὶ αὐτοῦ γυναι, ἵδον δὲ νίος σου. Εἶτα λέγει τῷ μαθητῇ ἵδον η μήτηρ σου. Καὶ ἀπ' ἐκείνης τῆς ὥρας ἔλαβεν αὐτὴν δὲ μαθητῆς εἰς τὰ ἴδια.*

Quod ad hujus pericopes lectionem attinet, notandum primum, pro voce *iδων* in duobus Codicibus laud. a Wetstenio, uti et in prima ed. Erasmi legi *iδως*. Unus Codex (1 Reuchlini, sed interpolatus ille) dat, monente Wetstenio, *ως εἰδει*. — Dein vocabula: *ον γράπτα* omitti in Codice L a prima manu; *αύτοῦ* in B L paucisque aliis, uti et in versione Armenica. Lachm. dedit *αὐτοῦ* uncis inclusum. Tischendorfius illud rejectit. Porro pro *iδον* post *γραψαι* habent *iδε*, BDMX aliquique bene multi, quos commemorant Wetst., Griesb., Scholzius, item PP. nonnulli et Edd., unde Griesbachius hanc lectionem receptae supparem aut aequalem, imo forsitan preferendam esse duxit. In textum illam reperunt Lachmannus et Tischendorfius, Meyer. et Goeschen. in Edd. s. — G cum rec. *iδον*, sed in margine *iδε* exhibet. Pro altero *iδον* habent *iδε* B L M alii, uti et Cyrillus et Chrysostomus. Lachm. et Tischend. hanc quoque lectionem in textum reperunt. Pro *ωρας* Codd. A D habent *ημέρας*. Pro verbis: *αντήν ο μαθητής* inverso ordine, *ο μαθητής αντήν* dant ADEGHKLSXY alii; unde haec lectio in textum est recepta a Griesb. et Scholz. Lachmannus vero et Tischend. receptam servarunt. Denique ad vocem *μαθητής* addunt pauci *αὐτός*, plures *ἐκεῖνος* ex interpretamento. Ex dictis apparet, nullam adesse variam lectionem, quae ipsius Jesu effati sententiam mutet, ut adeo ad ejus interpretationem tuto progredi possimus.

Priusquam autem ipsa Christi dicta ad matrem et discipulum interpretemur, quodammodo saltem nobis

rerum περιστασεῖς proponamus necesse est, in quibus id temporis Christus versaretur. Referente igitur Joanne, cruci adsteterunt ή μῆτηρ αὐτοῦ, καὶ ἡ ἀδελφὴ τῆς μητρὸς αὐτοῦ, Μαρία η τοῦ Κλωπᾶ, καὶ Μαρία η Μαγδαληνή. Jam vero primum quaeritur, quomodo haec Joannea narratio cum Synopticorum relatis concordet. Namque caeteri item Evangelistae tradunt<sup>1)</sup>, mulieres quasdam adfuisse in Golgotha, procul Jesum cruci affixum conspicientes; Joannes vero, uti vidi-  
mus, *juxta* crucem eas stetisse asseverat. Ἐπειδὴ φανεῖαν autem hancce facile tollimus, sive cum Ols-  
hausen et Lückio in *Comm.* ad h. l. statuamus, mulieres hasce primum quidem satis longo intervallo  
a cruce fuisse remotas, sed paulatim propius ad eam  
accessisse, sive existimemus notiones vocum παρὰ et  
ἀπὸ μακρόθεν non ita premendas esse, ut sic illae  
mulieres dici possint et *longe* a cruce et *juxta* crucem  
fuisse: *longe*, si conferantur ad milites, qui crucem  
tangebant; *juxta* vero, quia vocem Christi facile  
poterant audire, quod non poterat turba, quae lon-  
gissime aberat, sicut Augustinus existimat<sup>2)</sup>. Mihi  
Olshauseni et Lückii sententia praeplacet. Scio  
equidem, dubitationem contra eam motam esse a  
Straussio<sup>3)</sup> et Wettio<sup>4)</sup>, ductam illam ex eo,  
quod Synoptici feminas nobis proponant, *procul* a cruce  
stantes sub *finem* supplicii, quo Christus affectus

<sup>1)</sup> Vid. Matth. XXVII: 55, 56. Marc. XV: 40, 41. Luc. XXIII: 49.

<sup>2)</sup> Vid. Lib. III. *de consensu Evangelistarum*. Cl. Grotius ad h. l.

<sup>3)</sup> I. l. II. p. 547.

<sup>4)</sup> I. l. ad l.

fuit. Sed quod a caeteris fortasse feminis et γυναικοῖς, quos Lucas insuper commemorat, vel non petitum, vel denegatum iis fuit a militibus, hoc a Joanne cognatisque mulieribus peti potuit, atque his concessum esse: qua conjecturā assuntā, ista dubitatio tollitur. Namque sic major Jesu amicorum pars procul a cruce remansisse statuitur, dum Joanni caeterisque feminis propius accedere licuerit, ut adeo et Synopticorum et Joannis relationi omnis omnino fides sit habenda. In his igitur feminis a Mattheo et Marco<sup>1)</sup> tres nominantur, Maria Magdalena, Maria mater Jacobī junioris et Josis, et Salome mater filiorum Zebedaei. Joannes autem primo loco nominat matrem Jesu, tum ejus sororem, ex vulgari interpretatione, itidem Mariam dictam, uxorem Clopae, et Mariam Magdalenam. Quum igitur Synoptici Jesu matrem non commemorent, Joannes nomen suae matris reticere videtur. Quod sane mirandum; nam cum Bengelio ad h. l. Joannis modestiae id tribuere minus probabile videtur. Magis etiam hoc mirandum est, quod, si Maria, Clopae uxor<sup>2)</sup>, soror fuerit Mariae Jesu matris, utraque soror idem gesserit nomen. Omnem vero

1) Lucas eas h. l. non nominatim recenset, quoniam eas antea jam commemoraverat. Facit autem etiam virorum mentionem, scribens c. XXIII: 49: Εἰσῆλθεν δὲ πάντες οἱ γυναικοὶ αὐτοῦ μαρτύρειν, καὶ γυναικες αἱ σύγχρονοι θηταῖς αὐτῷ ἀπὸ τῆς γαλιλαίας (vid. c. VIII: 2, 3.) ἤρεσεν ταῦτα.

2) Grotius Mariam Clopae filiam intelligendam perhibet, uti Arabs. Sic etiam commentatur hic Calvinus, quem vide in l. Cf. Wolfsius in *Curis*, qui citat Lamb. Bos de Ellipsi p. 43. supplementum per γυναικα.

hanc difficultatem ingeniose ac jure suo, ut mihi quidem videtur, tollit Lückius, qui in *Comm. ad h. l.*, postquam animadvertisit Mariam τὴν τοῦ Κλωπᾶ unam eandemque fuisse atque Mariam, quam notant Synoptici τὴν Ἰακώβου καὶ Ἰωσῆ μητέρα, quum ejus maritus Κλωπᾶς, (a quo Κλέοπας *Luc. XXIV: 18* omnino est discernendus), unus idemque videatur atque Ἀλφαῖος (*Mt. X: 3*) pater Jacobi junioris<sup>1)</sup>, perhibet nostrum locum, contra rationem vulgarem, hoc modo interpungendum esse: *Εἰςτήκεισαν — — ἡ μητῆρ αὐτοῦ, καὶ ἡ ἀδελφὴ τῆς μητρὸς αὐτοῦ,* (καὶ quod in nonnullis vers., testantibus Griesb. aliisque additur), *Μαρία ἡ τοῦ Κλωπᾶ, καὶ Μαρία ἡ Μαγδαληνή.* Ita pro tribus, quatuor hic nomina habes. Non indicatur tunc nomen sororis matris Jesu; sed haec verisimilime intelligenda est Salome, Joannis mater, quae ex relatis Synopticorum item adfuit in *Golgotha*. Quod si hanc Lückii vel potius Wieseleri<sup>2)</sup> explicationem recipimus, cum Evangelistarum relata optime secum in-

1) Ex Ἐβλή ortum est, sec. duriorem Aramaicam dialectum, vocabulum: Κλωπᾶς. Κλεόπας autem est nomen Graecum contractum ex Κλεόπατρος. Vid. Kuinoel. ad h. l. qui excitat Pottii Prolegg. in Ep. Jacobi p. 60. Hugo Einleit. Tom. II. p. 356. — Nomina Κλωπᾶς et Ἀλφαῖος facile ex eodem fonte derivantur. Hebraica enim scriptura Ἐβλή dupli modo exaratur aut Chalphai aut Chlopai. Prius sequuntur Mt. et Mc., abjecta, Graecorum more, adspiratione orientali et addita terminatione ος. Posterior sequitur Joannes, qui habet: Κλωπᾶς.

2) Vid. hujus tract.: die Söhne Zebedäi, Vettern des Herrn, in Diario: *Stud. u. Krit. 1840* 3, p. 648 sqq. Cf. hanc expositionem rejicientem A. Ebrard: *Wissenschaftliche Kritik der Ev. Geschichte*, T. II. p. 689 in annot.

vicem conspirant, *tum* vero etiam melius perspicitur, cur Joanni matrem suam commendaverit Christus. Arcto enim tunc vinculo propinquitatis junctus erat ille discipulus Jesu matri <sup>1)</sup>. Itaque, praeter alias mulieres, Christo amicas <sup>2)</sup>, et quos dicit Lucas γνωστοὺς <sup>3)</sup>, qui forte longiore intervallo a cruce aberant, adstetebunt cruci Maria Jesu mater, Salome soror Mariae, Maria uxor Clopae, Maria Magdalena <sup>4)</sup> et discipulus quem diligebat Jesus, ipse nempe Johannes, qui hac denominatione se designare solet <sup>5)</sup>.

In his igitur amicis fidelissimis, cruci adstantibus, simulac matrem suam conspexerat Jesus, ipsam his verbis allocutus est: Τύραι, ἴδον ὁ νιός σου. Voca-

1) Difficultatem illam alio modo solvere conatur Ven. v. Herweden, *Over het Ev. van Joh.* VI. p. 185. Nam Mariam Clopae uxorem habet sororem Jesu matris, atque igitur cum plerisque Interpretibus (Brentio, Bellarmino, Bengelio, Wolfio, Calvinio, Grotio, Kuin., Meyero all.) tres tantum mulieres cruci adstantes enumerat. Verum Mariam illam Clopae uxorem non necesse est, inquit, habeamus germanam Jesu matris sororem. Potuit esse ejus neptis. Nam apud Hebreos qui eundem avum habebant, fratres quoque et sorores audiebant. Fortasse etiam Maria illa, Clopae uxor, fuit soror Josephi.

2) Vid. Matth. XXVII: 55. Ἡταν δὲ ἐκεῖ γυναικες πολλας — αἵτινες ἡκολούθησαν τῷ Ἰησῷ ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, διακονοῦσαι αὐτῷ. Cf. Mc. XV: 41. Luc. VIII: 3.

3) »Probabile est,« ita ad Joan. XIX: 26. summus Bengelius, »eminus etiam stetisse Thomam, c. XX: 25 et ceteros.«

4) Sic dicta de loco natali vid. Mt. XV: 39. Mc. XV: 1, 9. Ratio autem idonea dari non posse videtur, ob quam cum nonnullis statuamus, illam eandem fuisse atque eam peccatricem, cuius mentio fit Luc. VII. 31.

5) Vid. Joan. XIII: 25. XVIII: 15.

bulum *Fυραι* apud Graecos fuisse compellationem feminarum honestissimarum, quā observantia erga eas significaretur, recte animadverterunt Interpretes. Quidni autem Jesus Mariam, dulcissimo μητρός nomine compellat? Respondemus cum Calvino: „Quod dicit Mulier et matris nomine abstinet, quidam ideo factum putant, ne gravius doloris vulnus animo ejus infligeret, quod ego non rejicio. Verum altera conjectura non minus probabilis est, quod ostendere voluerit Christus, peracto humanae vitae stadio, jam se conditionem illam exuere, sub qua vixerat, ac coeleste regnum ingredi, ubi angelis et hominibus imperet. Scimus enim Christum semper fideles a carnis intuitu revocare solitum. Id autem in morte praesertim fieri oportuit.” Addo fuisse Eum hīc in primis in rebus Patris sui peragendis, in exsequenda ejus voluntate; quam etiam ob causam, abstinuisse Eum a matris nomine existimo<sup>1)</sup>. Hac igitur compellatione usus, Jesus Mariae oculos ad Joannem convertit, dicens: Ἰδού ὁ νιός σου! „En,” inquit, „filius tuus, quem meo loco filium tuum habeas, cui te committas.” Ac si diceret: „Jam non am-

1) Vid. Joan. II: 4. Matth. XII: 46-50. Cf. van Herwerden l. l. ad n. l. et Brentium ad h. l. Hom. XLIII. ubi: »Non negat,« inquit, »eam esse veram matrem suam, sed significat tamen scilicet esse in officio et vocatione Patris sui coelestis, in qua nullam agnoscit carnalem cognationem. (Matth. VIII: 22.)» Addit: »Mulierem vocat, ne si matrem vocasset, hypocritae existimarent, Christum hoc vocabulo significasse, Mariam tali sibi cognatione junctam, ut una cum ipso expiaret peccata, et reconciliaret iram Dei quae tamen majestas soli Christo competit.“

„plius versabor in terris, ut possim tibi filii officia  
 „praestare, hunc igitur in meum locum subrogo, qui  
 „partes meas suscipiat.” Idem sibi voluit Christus,  
 Joannem his verbis compellans: ἴδοι η μήτηρ σου  
 quibus discipulo mandat, ut Mariam matris loco  
 habeat, nec secus curet ac matrem. — Supra jam  
 rationem quandam dedimus, cur Joanni matrem  
 suam Jesus commendaverit, quippe cui sanguine  
 conjuncta fuerit. Huic autem aliae, eaeque gravioris  
 etiam ponderis addi et possunt et debent. Ac primum  
 quidem Mariam, omnino post Christi mortem, ali-  
 orum auxilio et tutela indiguisse, nobis appetet re-  
 putantibus eam et pauperem et eo tempore verisimi-  
 liter jam viduam fuisse <sup>1)</sup>). Quaeri quidem possit,  
 utrum non alios habuerit filios Maria praeter Je-  
 sum, quandoquidem saepius sermo est de fratribus  
 Domini, quorum curae Maria committi potuisset <sup>2)</sup>).  
 Respondemus, adhuc sub iudice esse item, utrum  
 veri nominis fratres habuerit Jesus; nam qui ita di-  
 cuntur, fortasse tantummodo consanguinei ejus sunt  
 habendi: quo sumto eodem jure Maria tutelae Jo-  
 annis potuit committi. Sin vero, quod probabile

1) Josephum ejus maritum jam obiisse, recte ab Interpp. exinde colligi videtur, quod in historia vitae Jesu publicae nullibi ejus fit mentio. »Nullus autem Mariae frater memoratur,» quod monet Bengelius ad Joh. XIX: 25. »Ipsa erat heres patris sui, et jus regni Davidici in Jesum transmittebat.»

2) Certe injuria ex hoc loco efficit Gerlach, *Das Neue Testau nach Dr. Martin Luth. uebers.* caet. Ed. II. Mariam nullum alium eo tempore habuisse filium, praeterquam Jesum. Cf. tamen idem ad Matth. I: 25.

mihi videtur, germani Jesu fratres fuerint, certe, quod nomen nondum dederant Christo, neque eâ indole erant, qua Joannem fuisse scimus, non ita apte Maria eorum curae potuit committi<sup>1)</sup>. Quod sponte nos ducit ad alteram rationem, ductam illam ex Joannis indole. Quis enim, nisi Joannes, adeo indolem ingeniumque Jesu referebat? Quis igitur aptior, qui Christi loco Mariae filii officia praestaret? Accedit, quod Joannes optime Mariae vietum et domicilium praebere potuerit. Zebedaeus certe lautae conditionis fuisse videtur; habebat enim mercenarios, qui eum in piscatura exercenda adjuvarent (Mc. I. 28), ejusque uxor Salome annumeratur feminis, quae Jesu administrabant ex opibus suis. Mt. XXVII. 55 sq. Mc. XV. 41. Luc. VIII. 3. Denique Joannes erat ὁ μαθητὴς, ὃν ηγάπα ὁ Ἰησοῦς. Cui quum matrem suam Jesus moribundus commendaret, et ultimum sui amoris signum dare ei voluit, et simul etiam ipsi amico suo consulere, quippe qui deinceps cum Maria de ipso colloqui posset, atque

1) Cf. Dr. Schleyer, *Neue Forschungen über den br. des Jak. und insbesondere über die Brüder Jesu*, in *Zeitschr. für Theol.* 1840. IV. 1. p. 3-116, qui sic concludit: »Lässt sich über irgend einen historischen Gegenstand aus dem Alterthum Gewissheit erlangen, so ist es die, dass Jesus keine leiblichen Brüder hatte, und dass sein sogenannter Bruder Jakobus, der Verfasser unseres Briefes, der gleichnamige Apostel, der Sohn des Alphaeus war.“ Vid. tamen in pr. D. H. Wildschut, *Geschiedk. en Uitlegk. Verh. over de broeders van Jezus*, in *Christl. Maandschr. voor den beschaafden stand*, 1823. II. p. 61-97, et A. H. Blom, *Disput. Theol. de τοις αδελφοις et ταις αδελφαις του Κυριου*. Lugd. Bat. 1839; nec non censura hujus disput., quam dedit D. H. W(ildschut) in *Symb. Theol.*

ex ea sciscitari, quae, praeclarum ejus Filium spectantia, ipsi adhuc ignota essent. — Restat, ut verbo moneamus de difficultate, quam Lückius videt in Jesu verbo ad Joannem facto: *ἰδού η μῆτηρ σου*, e quo primo obtutu sequi videatur, Joannem matre orbatum fuisse, quum tamen matre gauderet. Ad hunc scrupulum removendum multis sane utitur Lückius. Quodsi vero verba *ἰδού η μῆτηρ σου* supra recte interpretati simus, ita ut significant: „Illam, scil. Mariam, „matris loco habeas, nec secus cures ac matrem,” fatemur nos nescire, quo tandem pacto in his Jesu verbis ad Joannem factis, aliquis remanere possit scrupulus.

Simplicissima igitur dictione flebilem hanc scenam depingit Joannes, cuius ipse pars magna fuit. At vero eo magis loquentis in ea personae incomparabilem magnitudinem suspicimus, de qua deinceps dicendum erit. Quum autem matrem dolorosam nobis ante oculos ponimus, stantem juxta crucem, lacrymosam, dum pendebat filius, Simeonis dictum sponte nobis succurrit: *καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ἔομφαία*<sup>1)</sup>, neque satisfacere nobis possumus in admiranda ejus fide, amore, constantia. Ne tamen et hic parvos ipsius Christi dolores habeamus, cum cruci, in qua mox vitam positurus esset, amantissimam videret adstantem matrem. „Hic,” ut cum Bellarmino<sup>2)</sup> loquamur, „accessit ad dolorem *passionis*, „dolor *compassionis*.” Et vel sic tamen, non tantum

1) Luc. II: 35.

2) I. l.

sui laboris sensum hic supprimit Christus, suorumque magis quam suâ ipsius afficitur miseriâ; sed etiam tantam prodit animi magnitudinem, ut dubii haereamus, sapientiam ejus magis an amorem admireremur. Quid mirum autem, Joannem, quem Jesus, commissa ei matre suâ, valde hic honoravit, continuo, morientis Magistri mandatum exsecutum esse, ac Mariam ἀπ' ἐκείνης τῆς ὥρας εἰς τὰ ἕδη receperisse?<sup>1)</sup> „Satis” enim, recte ad h. l. monente Bengelio, „jam penetrarat gladius animam Mariae: „nunc cavetur ne audiat et videat severissima, tenebras, derelictionem, mortem.” Utrum vero jure sumatur, Mariam jam ante obortas tenebras Golgothan reliquisse, ac proin haec Jesu verba ad Mariam et Joannem ante eas esse enunciata, infra accuratius videbimus. Pendet enim haec quaestio e nexu, quo versum jam explicatum, conjunctum esse putemus cum proxime sequentibus: *Mετὰ τοῦτο οὐ τ. λ.* quae jam interpretaturi sumus.

1) εἰς τὰ ἕδη scil. ἡμέτερα, s. οἰκήματα, ut 3 Maccab. VI: 27.  
2 Esdr. V: 47. Act. XXI: 6. Joan. XVI: 32. I. 11. Cf. Luc. II: 49. Refert autem Nicephorus, Joannem, bonis paternis in Galilaea divenditis, domicilium transtulisse Hierosolymas, ibique domo emata cum Jesu matre habitasse undecim annos, quando illa vita excesserit. Joannem Hierosolymis habitasse existimant quoque inter recentiores Tholuckius, Meyerus; in medio rem relinquit Lückius. Formula: ἀπ' ἐκείνης οὐ τ. λ. potest omnino sensu maxime proprio accipi. Cf. Lückius ad h. l. »Hinc etiam patet,” quod recte ad h. l. monet Calvinus, »Apostolos habuisse suas familias. »Quar inepiunt qui putant, Apostolos relictis facultatibus nudos et inanes ad Christum venisse.”

## § 2.

Joan. XIX. 28.

*Μετὰ τοῦτο*, ita porro refert Joannes, εὐδώς ὁ Ἰησοῦς, ὅτι πάντα ἥδη τετέλεσται, ἵνα τελειωθῇ ἡ γραφὴ, λέγει Διψῶ.

De lectione haec pauca sunt animadvertisenda. Pro *τοῦτο* nonnulli Codd. Verss. et PP. dant *ταῦτα*, quod interpretamentum redolet. — Pro εὐδώς Codd. EKSY. et G in margine, nec non aliquot minusculis literis scripti habent ἰδὼν; quae vero lectio rejicienda est. Non enim animadvertebat, sed *sciebat*, sibi conscious erat Jesus, jam omnia consummata esse<sup>1)</sup>. Ἡδη in nonnullis Codd. Verss. et PP. scriptis omittitur, sed retinendum est. — Pro *τετέλεσται* D. 64 dant *τετελείωται*. — De scriptura eventu comprobata utitur alias Joannes voce: *πληρωθῆναι*, unde monente Lückio ad h. l. Cod. D et aliquot minusculi exhibent *πληρωθῆ*. Vox synonyma *τελειωθῆ*<sup>2)</sup> per antecedens *τετέλεσθαι* veluti adducta est. — Quae post γραφὴ adduntur in Verss. Syr. e Ps. LXIX sumta sunt. — Videamus de ipsa verborum significatione.

Ac primum quidem inquirendum est in nexum, qui his verbis intercedat cum antecedentibus, atque adeo videndum de notione formulae: *Μετὰ τοῦτο*. In hac autem constituenda omnino discrepant Interpretes.

1) Vid. Lück. et Wett. ad l. Cf. c. XIII. 1, 3.

2) Cf. Luc. I: 45.

Ita Bengelius ad illud  $\mu\epsilon\tau\alpha\tau\omega\tau\alpha$ : „Post hoc,” inquit, „unum proxime praecedens.  $\tau\omega\tau\alpha$  diff. a  $\tau\alpha\tau\alpha$  „(c. XI: 11). Illud nunquam sumitur adverbialiter.” Ita quoque Lückius ad h. l. ait „ $\mu\epsilon\tau\alpha\tau\omega\tau\alpha$  bezeichnet „net die unmittelbare Aufeinanderfolge.” Quae virorum dd. sententia si vera esset, statuendum foret, vocem  $\delta\imath\phi\omega$  continuo subsecutam esse dictum Iesu ad matrem suam ac discipulum <sup>1)</sup>). Id vero, ut infra accuratius videbimus, minime convenire videtur ordinis, quo, collatis inter se Evangelistarum narrationibus, Christi cruci affixi verba, sese invicem subsequuta sint. Quare, cum constet formulam  $\mu\epsilon\tau\alpha\tau\omega\tau\alpha$  latiorem quoque notionem habere posse, ita ut significet *postea*, sine definitione eorum, quae inter proxime praecedentia et jam sequentia facta aut dicta sint, nos quidem hanc illi adscribimus cum plerisque Interpretibus <sup>2)</sup>), atque adeo perhibemus, quae refert Joannes s. 28 minime arctissimo nexu juncta esse

1) Quod si statuatur, unice ob maxime propriam hujus formulae  $\mu\epsilon\tau\alpha\tau\omega\tau\alpha$  notionem, fortasse, ad disserimen, quod tum obtinere videatur in Evv. narrationibus, tollendum, ita rerum cohaerentiam nobis informare possumus, ut sumamus, Iesum allocutum esse matrem suam ac discipulum; Joannem vero exemplo, Christi mandatum exsequentem, Mariam abduxisse a Golgotha, atque reducem factum, non auditis iis verbis, quae ipso absente, locutus erat Christus, quaeque silentio praeterit, jam primam hanc vocem undivisso  $\delta\imath\phi\omega$ .

2) Cf. Wettius ad h. l. » $\mu\epsilon\tau\alpha\tau\omega\tau\alpha$ ,“ inquit, »unbestimmte, bei Joh. häufige Formel, welche erlaubt, dass vorher noch Manches vorgegangen sei.“ Vid. Joh. II: 12. XI: 7. Saepius tamen utitur form.  $\mu\epsilon\tau\alpha\tau\omega\tau\alpha$ . Vid. C. III. 22. V. 1, 14. VI. 1. VII. 1. XIII. 7. XIX. 38. XXI: 1.

cum iis quae tradit s. 27. — Sed alia etiam oritur  
 quaestio de nexu, quo haec ipsa verba: εἰδὼς δὲ Ἰη-  
 σοῦς — λέγει, secum invicem sint conjuncta. Dispu-  
 tatur enim, utrum verba ἵνα τελειωθῆ ἡ γραφὴ pen-  
 deant a voce λέγει, an vero a verbis: ὅτι πάντα ἥδη  
 τετέλεσται. Prius statuunt praeter veteres Interpretes  
 fere omnes<sup>1)</sup>, Kuinoelius, Wettius et Lücki-  
 us<sup>2)</sup>; posterius Bengelius, Van Herwerden l.l.  
 Palmius<sup>3)</sup> et in primis Cl. Van Hengel<sup>4)</sup>, qui  
 versum hunc ita circumscribit: „Cum sentiret Jesus  
 „vitae suae finem proxime instare, seque omnia con-  
 „summasse, quae sibi, ut exitum haberent sacrarum  
 „literarum vaticinationes, his in terris consummandā  
 „essent; hoc proposito se sitire dixit, ut humectando  
 „ore spiritum remissum et prope extinctum, ad hunc  
 „suum factae consummationis sensum altâ voce elo-  
 „quendum, paulisper restitueret.” Et sane habet quo  
 se commendet haec interpretatio. Ac primum qui-  
 dem, si quid videmus, cum Grammatices legibus non  
 pugnat. Loca enim, quae adducit Vir cl. (c. VI: 15  
 et XIII: 1.) ad probandum, vocem ἵνα a Joanne  
 semper referri ad praecedentia, plerumque certe hoc  
 fieri, evinciunt. Tum vero etiam, receptâ hac inter-  
 pretatione, difficultas tollitur, quae, si cum plerisque  
 Interpretibus formulam ἵνα τελειωθῆ ἡ γραφὴ cum voce  
 λέγει jungimus, hoc dictum premere videtur. Nam

1) E veteribus alteram sententiam propnognat Theodorus Heracl.

2) Tholuck. rem in medio relinquit.

3) In Ann. ad vers. Bibl. ad l.

4) In Annott. in loca nonnulla Nov. Test. Amstel. 1824, p. 62 sqq.

videri tum posset, ac si eo consilio clamaverit Jesus: *Διψῶ, ut locus Ps. 69 vs. 21 exitum haberet* <sup>1)</sup>. Quae difficultas, monente Lückio, inde a Michaëlide et Semlero offendit Interpretes <sup>2)</sup>. At vel sic tamen nos nulli dubitamus eorum subscribere sententiae, qui formulam *ἴνα τελειωθῆ ἡ γραφή* cum voce *λέγει* nectant; quae interpretatio minime pugnat cum usu loquendi; locus enim, a Lückio allatus (c. XIV: 31) hoc certe probat, *ἴνα* nonnumquam in *Ev. Joan.* poni ante verbum, a quo pendeat. Quam sententiam amplectentes, minime putamus, Christum clamasse „Sitio,” ut sic s. Scripturae vaticinium quoddam exitum haberet, sed illa verba cum Lückio, ex ipsius Joannis mente repetimus, nempe ex ejus, (sit venia verbo), *pragmatismo typologico*. *Psalmus* enim 69, ad cuius vs. 22 (21) respicere videtur Joannes, etsi veri nominis vaticinium, *Messiam* spectans, dici nequeat <sup>3)</sup>, habebat tamen nonnulla, ex *Joannea* in primis mente, quae jure quodam praecipuo, ad Christum ejus pue perpessiones referri possent. Sin vero quaeris,

1) Cf. Strauss, *L. J.* II. p. 537 ed. 2.

2) Cf. A. Ebrard *Wissenschaft. Kritik*, p. 691, ubi in annot. 24 ad hanc formulam haec monet: »Bei vs. 28 und 29 muss man sich den Odem gehoben denken. Da Jesus wusste, das alles vollbracht wäre, — rief er: Mich dürrstet .... und sobald er den Essig genommen hatte, sprach er *τετέλεσται*: Das εἰδὼς καὶ kann Joh. nur deshalb nicht zwischen οὐτε οὐν τέλεσθαι und εἶπε einschieben, weil er ausdrücken will, dass beides unmittelbar aufeinander erfolgte.“

3) Vid. Wettius *Comm. in Psalmos*. Cf. praeterea Rosenmüller ad I. Gurlitti *Animadv. ad anctt. Vett. in Pottii Sylloge Comment. Theoll.* p. 332. Coll. Rosenmüller. *Hist. Interpret. lib. S. S. in Ecclesia Christi inde ab App. actate usque ad Or. P. I.* p. 13-40.

quo tandem modo ac jure Joannes hic Scripturae Sacrae partem quandam impletam existimet, respondemus nos quidem verbis Cl. Hengstenberg<sup>1)</sup>: „Es stehen diese Formeln“ (*καθὼς γέγραπται, καὶ ἐπληρώθη, τότε ἐπληρώθη, οὐαὶ vel ὅπως ἐπληρωθή*) „zuweilen auch dann, wenn ein Ausspruch des A. T. „zwar eigentlich allgemeiner ist, so dass er auf alle „darunter begriffene einzelne Verhältnisse angewandt „werden kann, doch so, dass erst in der Geschichte „Christi das ideal aufgefasste Verhältniss als ein „vollkommen reales erschienen, erst hier die Wirk- „lichkeit mit der Idee vollkommen zusammen gefal- „len ist. Als Beispiel mögen die Neutestamentlichen „Anführungen von Ps. 69 dienen. David stellt in die- „sem, aller Wahrscheinlichkeit nach, nicht aus indi- „vidueller Veranlassung hervorgegangenen Psalme „das Verhältniss eines um Gottes willen leidenden „Frommen zu den Gottlosen dar. Diess ideale Ver- „hältniss realisirte sich am Vollkommensten in dem „Verhältniss Christi zu dem Verräther Judas. Daher „wird mit Recht vs. 10. d. Ps. Joan. II: 17, vs. 5, „Joan XV: 25, auf Christum, und vs. 26, Act. I: 20, „auf Judas bezogen. Die heiligen Schriftsteller hat- „ten um so mehr Recht, eine Erfüllung solcher Aus- „sprüche in der Geschichte Christi anzunehmen, da „sie von dem Grundsätze ausgingen, dass die Ver- „fasser der Psalmen unter besonderer Einwirkung des „H. Geistes geredet haben, woraus dann folgte, das „die ideale Schilderung sehr wohl, ohne dass es dem

---

1) *Christ. d. A. T.* I. 340.

„Verf. d. Ps. bewusst war, eine beabsichtigte Be-  
 „ziehung auf das reale Verhältniss haben konnte.  
 „Daraus erklärt es sich, wie sie selbst bei einzelnen  
 „zunächst bildlich aufzufassenden Zügen, wie bei der  
 „Tränkung mit Essig, (Cf vs. 22. et Joan XIX: 28)  
 „die Uebereinstimmung mit der Geschichte Christi  
 „nachweisen.“ Eandem fere sententiam Calvinus jam  
 enuntiaverat ad Ps. LXIX: 22: „Quamquam autem,”  
 inquit, „metaphoricae sunt loquutiones miscere fel, aut  
 „venenum cibo et potui acetum, — Joannes tamen  
 „cap. 19 vers. 29 non frustra impletam fuisse scri-  
 „pturam memorat, ubi milites acetum Christo propi-  
 „narunt in cruce: quia visibili signo repraesentari in  
 „Christo oportuit, quam reprobi crudelitatem exer-  
 „cent in eius membra“<sup>1)</sup>). Hoc igitur modo, hoc  
 jure videtur Evangelista hīc respicere ad Psalmi laud.  
 verba: εἰς τὴν δίψαν μου ἐπότισάν με ὥξος. — Quod  
 porro attinet ad significationem formulae: ὅτι πάντα<sup>2)</sup>  
 ηδη τετέλεσται, statuendum est, indicari cā, vel om-  
 nia Jesum jam perpessum esse, quae pati ipsum  
 oporteret, quod Calvin., Beza, v. Herw. aliique  
 volunt, vel quod alii praefrerunt<sup>2)</sup>, mihi praeferendum  
 videtur, omne τὸ ἔργον, cuius ipse mentio-  
 nem fecerat Christus, Joan. XVII: 4, τὰ τῆς οἰ-  
 νονούτας, uti indicant, monente Wettio ad h. l.,  
 Theophyl. et Euthym.<sup>3)</sup> Itaque verbo τελειωθεῖ

1) Cf. et ejus ann. ad l. *Joann.*

2) Vid. Wettius et Lückius ad l.

3) Argutius quam verius nonnulli distinxisse videntur inter Christi  
 opus, a Patre ipsi mandatum, et yaticinia in ipso impleta; sic

notionem tribuimus *finiendi*, *absolvendi*. Monent quidem illud, aliis quoque locis, de praedictionum eventu adhiberi, ut Luc. XVIII: 31. XXII: 37. At vero omnino notat quoque *finire*, *consummare*, ut videre est e Matth. XIII: 53. Luc. II: 39. XII: 50. infra vs. 30 coll. Luc. XXIII: 46. Quaeritur autem, quanto tandem modo dicere potuerit Joannes: ὅτι πάντα ἥδη τετέλεσται, cum praecipuum adhuc caput deesset, ipsa nempe mors? Ad quam quaestionem cum summo Calvinio respondemus: „Joannem complecti quae „mox sequutura erant; nondum mortuus erat Christus, nondum resurrexerat, sed videbat nihil amplius „obstare, quin ad mortem et resurrectionem pergeret.” Possimus etiam cum Lückio provocare ad Joan. XVII: 4, ubi item proleptice de opere suo peracto loquitur Christus, et contendere Eum resurrectionem suam potius opus *Patris* vocare Cf. XVII: 25<sup>1)</sup>). Laxioris certe interpretationis Grotii explicatio est: „omnia mox consummata erunt.”

Lückius hic monet: »Sein Messianisches Werk auf Erden weiss er vollbracht, nicht die Weissagung!“ Sed ipsum illud opus in vaticiniis V. T. veluti fundatum erat, et cum iis implendis arctissime junctum: unde quod verbo animadvertis, minoris ponderis videtur argumentum quod idem affert contra Hengelii explicationem, dicens: »Meinte Johannes mit dem τετέλεσται wirklich die Vollendung der alttestamm. Weissagungen, warum sagt er vs. 30 nicht: Τετέλεσται ή γραφή? Nam, ne dicamus tunc prorsus languescere orationem, si hoc vs. 28 jam indicatum erat, quid vs. 30 denuo significaretur opus erat? Porro: »Er konnte,“ inquit, »es nicht sagen, den in diesem Sinne war noch nicht alles Erfüllt, vid. vs. 36, 37.“ At vero, ex ejus quoque sententia, nondum omnia peracta erant.

1) Legendum videtur XVII: 5.

Quum autem, haec igitur e nostrâ sententiâ narrat Joannes, Jesus sentiret, omnia jam consummata esse, omnia ipsum et peregisse et passum esse his in terris, quae illi, ut ἔγων a Patre ipsi mandatum, agenda et patienda essent, dixit, ut, (ex mente scil. Joannis), Scriptura exitum haberet<sup>1)</sup>, eo tamen certe consilio ut, ore humectando remissas vires parumper recrearet: *Sitio*. Et profecto; si dirissimas Christi perpessiones, quoad ejus fieri potest, si cruciatus tum corporis, tum vero etiam animi acerbissimos nobis ante oculos ponimus, nemini mirum accidet, Conservatorem nostrum optimum, quum jam per sex fere horas de cruce pependisset, vitaeque finis proxime instaret, de siti vehementi conquestum esse. Auditâ hac querimoniâ, quae ex nostrâ quidem sententiâ, infra probandâ, continuo subsequebatur alteram illam querelam *Eli! Eli!* etc., adstantes milites<sup>2)</sup> Christo porrigunt spongiam, quam potu suo, posca dicto, s. *vino acido*<sup>3)</sup> impletam, et νεσσώπῳ, nempe

1) Grotius, v. Herwerden, all. Τια ἐκβατικὴ sumendum esse monent. Vidd. Joan. XII: 38. XIII: 18. XV: 25. XVII: 2.

2) Vel potius unus cruci adstantium militum. Facile autem, ut infra videbimus, ἐναντιοφανεῖα inter Matth., qui refert, unum quidem adstantium Christo potum istum porrexisse, alios vero Ei irrisisse, et Marc., qui eundem, qui potum praebebat, facit irridentem, tollitur. Vid. Da Costa, *Voorlezingen* etc. II. 382. Cf. ibi p. 192. Leg. Macknighti Op. laud. ad vs. 28.

3) ὕεστ vocat Joannes, quod vertere solent per *potum amarum*, *acetum*: sed non mixtum ad potum non erat aptum. Hippocrates jam eodem utitur verbo, intelligens *vinum amarum*; alii *vinum acidum*, (Vid. Paulus in *Comm. ad I.*); alii denique supplent ante ὕεστ, *οἶνον*, et cogitant vinum vilioris generis, quo milites in castris uti

*παλάμῳ τοῦ ὑσσώπου*<sup>1)</sup> (Mt. XXVII: 48) impositam, ori ejus facile admovebant. Crux enim non admodum alta erat. Nonnulli autem in porrigendo Conservatori ejusmodi potu, novum denuo indicium reperiunt hostium Christi crudelitatis, ac si de industria hoc modo dolores Jesu augere voluissent. Ita ad h. l. Brentius „Christus, inquit, „in summa et „extrema sua miseria postulat tantum aliquot frigidae „aquaec guttulas, num consequitur eas? Nihil certe „minus; sed potatur aceto. Haec Judaeorum crudelitas tantum dolorem attulit animo Christi, ut „conquestus sit de ipso, priusquam assumpsisset hominem.” Cf. Bellarminus,<sup>2)</sup> qui in eandem sententiam hic disputantem excitat Cyrillum (Lib. XXII. c. 35 in Joan.). Ad quam sententiam fovendam inducti certo fuere et illi et alii Interpretes vett., cum

solebant, posca dictum. Habebat illud potus genus vim quandam recreantem et nervos erigentem. Vid. Rensing I.I. p. 95 et 107. Cf. Bartholini Diss. de vino myrrato (*Hypomnem. de Cruce No. 2*) J. E. Imm. Walch Diss. de potu servatoris moribundi (*Obss. in Matth. ex gr. inscriptt. Jen. 1779 pag. 101-138*) — Calv.: »nihi probatur,“ inquit, »genus potionis suis confectum ad mortem accelerandam, quum miseri homines satis diu torti essent. Potum vero non petit Christus, donec omnia fuerint impleta: quo immensum erga nos amorem et inestimabile salutis nostrae studium testatus est.“

1) Ita ἵναυτιοφυγεῖν hancē inter Synopticorum et Joannis relata, tollunt Claudio Salmasius, *de Cruce* p. 288, 311, 585 sq. Cf. Bynaeus I. I. III. C. 8, § 9-17, Wolfius et Lampe ad h. l. Bengel ad v. ὑσσόπῳ, »Hyssopus“ inquit, »in illis climatibus nostrate major apte tenebat ramusculis suis spongiam aceti plenam.“ Cf. Bochard. *Hieroz.* T. I. L. II. c. 50 p. 592.

2) I. l. Cap. VII.

studio quodam perpessiones Domini quovis tandem modo augendi, *tum* vero etiam eo, quod vaticinium Ps. 69 vs. 22 omni sua vi hic impletum putarent. Nobis vero omni dubio majus videtur, non crudelitatis, sed misericordiae qualecumque tandem documentum praebuisse milites<sup>1)</sup>, dum Christum moribundum potarentur. Caeterum quod ad ipsam hanc Christi vocem: διψῶ, attinet, egregie summus Bengelius monet: „Verbum διψῶ *sitio* et verbum τετέλεσται, consummatum est arcte connexa sunt. „Sitis fuerat in corpore Jesu, quod derelictio in anima. Solet et maxime sentiri sitis et demum restinguiri, cum labor exantlatus est.” Nec minus vere atque ingeniose Doct. Da Costa<sup>2)</sup>. „Alle menschelijke behoeften, alle menschelijke ondervindingen, „de zonde alleen uitgenomen, heeft Hij gedeeld, gevoeld, werkelijk gekend. Als Hij vastte, zoo hongerde Hem ten laatste; dit melden ons uitdrukkelijk „de Synoptici (Matth. IV: 2. Luc. IV: 2). Onze „vierde Evangelist spreekt van geen *honger* bij den „Zaligmaker; daarentegen meldt hij, alleen hij, en „wel herhaaldelijk, van *Zijne dorst*. Hij toont Hem „ons (IV: 6, 7) vermoed van de middaghitte, behoeft hebbende aan water en *vragende te drinken*: „maar ook tegelijk de Samaritaansche vrouw, tot „welke Hij de vraag richt, hare eigene behoeft aan „het *water des levens*, ontdekkende. — Later aan het „kruis, hooren wij, hier alleen, den Heiland Zijn

1) Cf. Da Costa I. I. p. 382.

2) In I. I. p. 192.

„ziels- en ligchaamslijden voleindigende in dien veelbeduidenden uitroep: *Mij dorst!*” Nihilominus tamen ex animo assentimur Calvinō ad h. l. dicenti: „Qui sensum allegoricum fabricant in verbo *sitiendi*, argumentiae magis quam verae aedificationi student.”

## § 3.

## Joan. XIX: 30.

Denique nobis refert Joannes: „Οτε οὖν ἐλαβε τὸ δόξος ὁ Ἰησοῦς, εἶπε Τετέλεσται παὶ υἱίνας τὴν κεφαλὴν παρέδωκε τὸ πνεῦμα: in quo loco interpretando post dicta § praeced. brevibus nobis esse licet. Recepérat igitur Christus porrectum acetum s. poscam; qua collapsae corporis vires nonnihil excitatae sunt et renovatae, ita ut sumto hoc potu, denuo alta voce clamaret: *τετέλεσται*, consummatum est. „Hoc verbum,” ut cum Bengelio loquamur, „in corde Jesu erat „vs. 28, nunc ore profertur.” In aperto igitur est, vocabulum *τετέλεσται* hīc eadem significatione gaudere, quam vs. 28 illi adscripsimus. Jam omnia et peracta et exantlata erant a Christo, quae, ut opus a Patre illi mandatum, hac in terra ét peragere ét pati eum oportuit, atque sic etiam V. T. vaticinia ad exitum perducta. Omnino non interpretari, sed enervare hoc dictum censendi sunt omnes, qui illud cum Grotio simpliciter reddunt: *actum est, vitae finis adest!* Meliora nos docet ad h. l. Brentius<sup>2)</sup> cum dicit:

1) Vid. Matth. XXVII: 50. Marc. XV: 37. Luc. XXIII: 46.

2) I. l. Hom. LXV.

„Memorabilis vox, quae testatur majestatem Christi, etiam in summa Ejus miseria et extremo vitae exitu. Manifeste enim hac voce significat, se hunc esse, in quem scriptura respiciat, de quo scriptura vaticinatur, quem scriptura faciat verum Messiam, in quo omnia sunt impleta, quae nobis de coelesti haereditate, divinitus promissa fuere.” Ipsam autem vocem τετέλεσται hoc modo explicat: „Pertuli jam omnes afflictiones, quas mihi Pater immisit et scriptura immittendas praedixit.” Similiter Calvinus ad h. l., qui „haec Christi vox,” inquit, „memoratu imprimis digna est, quia docet in Ejus morte totum salutis nostrae complementum et singulas partes contineri. — Sensus est: quicquid ad salutem hominum facit in Christo constare, nec alibi quaerendum: vel, quod idem est, salutis perfectionem in eo esse inclusam. Subest autem tacita antithesis, quia mortem suam veteribus sacrificiis et figuris omnibus opponit Christus, ac si diceret, quicquid sub lege in usu fuit, nihil ad expianda peccata — per se valebat: nunc demum vera mundo ostensa et exhibita est salus”<sup>1)</sup>. Altâ autem voce Christus locutus est, ut omnes, cruci adstantes, audirent gravissimum illud τετέλεσται, de quo praeclare Hieron. van Alphen<sup>2)</sup>: „Dit enkele woord,” inquit, „door Jezus Christus aan het kruis uitgeroepen, bevat in zich

1) Cf. Bellarminus l. l. ad l., qui tamen PP. Eccles. auctoritate nitens, mira docet de consummatione Ecclesiae, hoc Christi verbo item indicata.

2) *Christelijke Spectator*, p: 138.

„veel meer, dan wij in dagen en jaren kunnen na-  
 „peinzen. Het bevat zelfs in zich dingen, welke ons  
 „de toekomende eeuwe eerst openbaren en bevattelijk  
 „maken zal. Het behoort derhalve tot die schatten  
 „van wijsheid, welke in Christus Jezus verborgen  
 „zijn; tot die werken der herscheppende genade,  
 „welke gezocht worden niet minder dan de werken  
 „der natuur door allen, die er lust in hebben; een  
 „van die bronnen, waaraan men zich gedurig neder-  
 „zetten kan, om zynen dorst naar volmaking te les-  
 „schen, en welke men niet verlaat, dan om hoe eer-  
 „der hoe liever weder te keeren.”

## P A R S II.

(APOLOGETICA.)

Exhibita jam Parte prima nostrae disquisitionis, dictorum Christi cruci affixi, interpretatione, pro-grediendum nobis est ad alteram ejus Partem, in qua *Momentum* eorum *Apologeticum* exposituri sumus. Quod cum dicimus, primum quidem verbo monendum est, quid significemus.

*Apologetices* originem repetendam esse ex vario, quo per omne aevum ducti fuerint Christiani, studio religionis Christianae veritatem ac praestantiam ab adversariorum dubitationibus vindicandi, non est quod dicamus. Duplex autem ejus munus est: alterum, quod *positivum* dici possit, versatur in exponenda nostrae Religionis veritate, praestantia, divina origine: alterum, quod *negativum* vocetur, in refellendis dubitationibus contra eam motis: unde hactenus vere Doct. v. Oosterzee: „Zal Apologetiek,” inquit, „eene zelfstandige theologische wetenschap zijn, die niet slechts „ten gevalle van den vijandelijken aanval buiten haar

„bestaat, maar een beginsel in zich zelve heeft, en „die onafhankelijk is van en onmisbaar voor onze „geheele Encyclopaedie, dan moet zij de positieve „beginselen ontvouwen, waarop het Christendom ge- „bouwd is. Zoo is zij voor den Christelijken God- „geleerde de grondslag der dogmatiek ook in vre- „destijd, en wanneer de vijand zich vertoont moet „zij de wapenkamer zijn, waar men zich kan aangor- „den tot eene krachtige Apologie”<sup>1)</sup>. Nos eam *Ap-*

1) Vidd. *Juarbb. voor Wetensch. Theol.* III. p. 269. Cf. *Clarissii Encycl. Theol.* § 50. p. 222. et *Compend. Dogmat. et Apol. Christ.* ed. a L. G. Pareau et P. Hofstede de Groot, p. 145 sq. Nimius tamen mihi quidem esse videtur v. Oosterzee in laudando argumen-  
to e *testimonio Spiritus sancti ducto*, quod, suo loco positum, gravissimum omnino dicendum esse, quis homo Christianus neget; sed principem in re *Apologetica ei tribuere locum*, equidem non ausim.  
Quid? quod ipse v. Oosterzee l. l. p. 271 recte monet: »Ter ver-  
dediging van het Christendom kan dus het praktisch bewijs, dat wij  
ontwikkelden, alleen dan worden aangewend, wanneer de bepaalde  
aanval niet den zuiver historischen maar den dogmatischen of practi-  
schen hoofdinhoud van het Evangelie betreft.“ Pendent igitur singu-  
lorum argumentorum, quibus nostra religio comprobetur ac vindi-  
cetur, vis atque auctoritas, *tum a re quae probanda est, tum a dubio-  
rum ratione, quae refellenda sunt*. Nos nulli dubitamus, quin primae  
hac in causa partes tribuendae sint argumentis *historicis*. Nam rebus  
in facto positis tota nimirum religio Christiana, quarum probata veri-  
tate doctrinae demum Christianae praestantia potest exponi atque di-  
vina origo. Praeclare Tholuckius in *l. die Lehre von der Sunde u. vom Versöhner*, Beil. I. S. 167: »Um den Nichtchristen von der  
Wahrheit des Christenthums zu überzeugen, eröffnen sich drei We-  
ge, der historische, der speculative und der praktische: die *Apolo-  
getick*, die *kritische Dogmatiek*, und die *innere Erfahrung*. Jedes  
dieser drei für sich genommen reicht nicht hin, um den ganzen  
Menschen zu bekehren, zu diesem Endzweck müssen alle drei  
Weisen und Wege vereint seyn.“

*logetives* partem hic spectamus, quae versatur in exponenda comprobandaque fide Evangelistarum historica, atque adeo in vindicandā vitae Jesu veritate: ad quam confirmandam plurima eaque varia afferri posse argumenta, omnibus notum est. Quod valet, *cum de Euangelistarum narrationibus in genere, tum in specie de perpessionum, quas Christus tulit, historia.* Nam, quod recte ab aliis observatum<sup>1)</sup>, in referenda hac vitae Jesu parte diversos Evangelistae testes sese produnt, nonnumquam ita a se invicem discedentes, ut suum singuli testimonium edere dicendi sint. Alia enim a cunctis tribus prioribus Evangelistis commemorantur, alia a Mattheao et Marco, alia a Mattheao et Luca, alia a Marco et Luca; alia denique ab uno Evangelista. Et si vel easdem res memorant, in earumdem tamen adjunctis referendis haud raro discrepant magnopere. Quodsi autem in ejusmodi testium diversitate summum tamen agnoscimus consensum, fortuitum illum nec studio quaesitum, rerum in facto positarum veritas omni dubio major est dicenda. Sed agimus hoc loco non de

1) Vidd. A. C. C. de Jongh, *Diss. Theol. inaug. de J. C. patiente, ex vero ab Evv. informato*, Traj. ad Rh. 1827 et N. v. d. Tuuk Adriani *Diss. Theol. inaug. de ultimarum Christi perpessionum repertritione ab Evv. ex vero narratis*, Traj. ad Rh. 1827. Cf. et Tholuck *Glaubwürd. caett.* p. 345 sqq. et p. 362 sq. J. Müller in *Diario: Stud. u. Krit.* 1836. p. 849. all. a J. J. v. Oosterzee, *Verhandeling over de waarde van de Handd. der App.* p. 276. Ebrard, *Wissenschaft. Kritik*, P. II. S. 1. Da Costa, *Voorl. over de verscheid en de overeenst. d. vier Ev.* P. II. p. 227 et 248. v. Oosterzee l. modo l. P. II. Cap. I. sect. 2. § 2.

narrationibus Evangelistarum in genere. Videndum nobis est de iis verbis, quae Sospitator de cruce pendens locutus fuerit.

Antequam vero *momentum*, quod hisce verbis inesse existimamus, *apologeticum* exponimus, de illorum *numero atque ordine* verbo monendum esse videtur, ut constet de re, de qua disputatur.

Sed de *numero* vix est quod dicamus. Est quidem, qui plura Christum, de cruce pendentem, fuisse locutum statuat, quam quae ab Evangelistis referuntur; verum argumenta, ad comprobandam hanc sententiam allata, prorsus inania sunt dicenda, nullaque digna refutatione<sup>1)</sup>. Concedimus, non omnia Christi

1) Vid. P. Vos, *De zeven kruiswoorden van Jezus, letterlijk en ondheidkundig beschouwd*, p. 12 sqq. Gron. 1830. Argumenta quae assert haec sunt: 1°. »Daar de Zaligmaker altijd werkzaam was in »het leeren en wonderen doen; — zodat de Evangelist Johannes »Hoofdst. XXI: 25 getuigt, dat Jezus nog veele andere dingen gedaan »heeft, die Hij niet hadt opgetekend; — kan men ligtelijk vooronderstellen, dat die werkzaame Jezus, in den tijd van vierdehalf uur, »gedurende welken hij aan het kruis gehangen heeft, meer moet »gezegd hebben, dan deze zeven korte redenen. — 2°. Elke schrijver »tekent bijna andere redenen op. — Hieruit schijnen wij veiliglijk te »mogen besluiten, dat indien wij nog andere schrijvers van het leven »des Verlossers hadden, wij nog meer kruisredenen van Jezus zouden »kennen. 3°. Het was het oogmerk der Evangelisten ook niet, om »ons alles uit het leven van Jezus te melden. — Vooral moet men »niet vergeeten, dat zij niet voor ons geschreeven hebben; daar zij »dan verscheide zaaken ons veel breedvoeriger zouden gemeld hebben; — hieruit kan men gemakkelijk afleiden, dat wij ook niet alle »de kruisredenen des verlossers bezitten. 4°. Het was ook zeer bewaardelijk om volledige berichten van de laatste lotgevallen en han-

facta dictaque ab Evangelistis esse conscripta; verum enim vero, si reputamus, qua accuratione perséssiones Ejus literis mandaverint, ita ut vel minutissimas earum περιστασεῖς commemoraverint, haudquam verisimile est, nonnulla ab Eo dicta, dum de cruce pendebat, silentio fuisse praetermissa. Quid? quod Christi personae minime conveniens fuisse, si id temporis multa verba protulisset. Itaque nulli dubitamus contendere, Eum non nisi septem illa verba locutum esse, quorum interpretationem antea dedimus, et cum summo Bengelio affirmare pleraque hic Christum egisse per silentium.

Quod attinet porro ad *ordinem*, quo septem illa

---

»delingen van den Zaalmaker te leveren. Men weet, dat alle jongeren den Verlosser verlaaten hadden, en Johannes, als de enige standvastig geblevene Apostel, alleen bij het kruis stondt. Daar de drie Evangelisten dus elk hunne berichten uit mondelinge en schriftelijke overleveringen moesten haalen, gelijk Lucas dit van zich »Cap. I: 1-4 uitdrukkelijk getuigt, kan men wel denken, dat die berichten volstrekt niet overeenstemmende of voltallig konden zijn: 5°. Wanneer wij ook zelven oog- en oor-getuigen van alles wat met »Jesus op Golgotha gebeurde, geweest waren, zoude het ons toch »onmogelijk geweest zijn, om alles te zien en te hooren; ik zwijg, »om het aan anderen mede te deelen. 6°. Dat Jezus meer dan zeven woorden aan het kruis gesproken hebbe, kan men ook daaruit afleiden, omdat wij uit Joh. 19: 28-30 zien, dat de drie laatste woorden van Jezus zeer kort op elkanderen gevuld zijn. Dus zoude dan de Zaligmaker in bijna vierdehalf uur niet meer dan de vier eerste woorden gezegd hebben? Hij, die zoo onvermoedig bezig was? Dit is ongelooflijk. Maar vermoedelijk bleven de eerste Christenen, hoewel zij gelegenheid hadden om meer kruisredenen van den Verlosser te ontdekken bij deeze zeven, omdat dit bij de Joden een heilig getal was." caett. (!!).

dicta se invicem secuta fuerint, ex ipsis Evangelistarum narrationibus tuto efficimus, *primum*, quod Christus de cruce pendens dixerit, verbum habendas esse preces, quas pro inimicis fuderit; namque Lucas Cap. XXIII: 33, 34 diserte affirmat, Eum has protulisse, quum cruci affigeretur. Nec minus diserte idem refert Sospitatem, quum in eo esset ut moreretur, Patris curae spiritum suum mandasse, ut adeo hoc verbum ultimo loco sit ponendum, *septimumque* habendum. Cui voci quin proxime praecesserit gravissimum illud *τετέλεσται*, nullum est dubium. Huic igitur *sextus* tribuendus est locus. Constat itidem, querelam de siti pro *quinto* verbo esse habendam. Porro, quum Matthaeus (XXVII: 46) et Marcus (XV: 34) tradant, flebilem illam vocem, qua derelictum se a Deo querebatur, sustulisse Christum hora *nona* i. e. ex nostra temporis computandi ratione, tertia pomeridiana, atque adeo ad vitae Ejus finem, apparet, hanc querelae de siti proxime praecessisse atque ergo *quarto* loco esse ponendam. Una superest quaestio, eaque paulo difficilior ordinem spectans, quo Christi verba, quae *secundum* et *tertium* dici solent, se invicem fuerint subsecuta. Statuitur vulgo, promissionem latroni ad meliorem mentem converso factam, iis praecessisse verbis, quibus Jesus matrem Joanni commendaverit. Ad quam sententiam comprobandam duplex argumentum solet afferri. Ac *primum* quidem provocatur ad ipsam Evangelistarum narrationem, ex qua patere monent hujus sententiae patroni, multitudinem cruci adstantem continuo postquam Jesus cruci affixus erat, coepisse Eum calum-

nisi atque injuriis petere; unde sequi contendunt, hoc ipso tempore alterum quidem latronem Christum calumniatum esse, alterum vero supplicii socium objurgasse, Jesumque Conservatorem suum ac Dominum precibus adiisse, quibus fusis praeclarum illud tulerit responsum, quod Lucam litteris mandasse vidimus. Deinde hanc sententiam cum Christi indole consuetaque agendi ratione magis convenire perhibent, quippe qui *suorum curam*, ad res terrestres spectantem, regni coelestis commodis provehendis postponere soleret. Sunt tamen quae contradicunt possint. Nam etsi facile concedimus, adstantem cruci multitudinem coepisse continuo Christum calumniari, inde nondum sequitur, idem mox a latrone fuisse factum. Et quod de studio Christi, coelestis regni commoda provehendi dicitur, non est ejusmodi, ut hanc ob causam, laudatam opinionem amplecti debeamus, quippe quod non nisi data opportunitate hic manifestare potuerit. Deinde statuendum esse videtur, Christum matrem suam, simulac eam conspiceret, Joanni commendasse, hoc quoque consilio, ut discipulus eam continuo domum abduceret, utque dolori, quo premebatur, non prorsus succumberet. Quid? quod Joannes discrete affirmat (Cap. XIX: 24-27) continuo post vestimenta Christi divisa, matrem Eum, discipulumque allocutum esse. Si igitur constat, quod constare videtur, in conscribendo suo Evangelio Joannem praeceteris Evangelistis temporis rerumque, quas commemorat, nexus curam habuisse, verisimillimum est, hoc quoque loco accuratius eum tradidisse ordinem, quo Christi verba prolata fuerint. Licet igitur in utramque partem dis-

putari posse videatur, equidem non dubito illorum subscribere sententiae, qui statuant, Jesu verbis, ad Mariam et Joannem factis, secundum quidem locum, promissioni vero latroni datae tertium esse tribuendum<sup>1)</sup>. Quae si recte disputata a nobis sunt, septem Christi verba, quorum momentum Apologeticum exposituri sumus, hoc ordine sunt disponenda:

1. Πάτερ, ἕφες αὐτοῖς οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσι.
2. Ἰησοῦς οὖν ἴδων τὴν μητέρα, καὶ τὸν μαθητὴν παρεστῶτα, δὲν ἡγάπα, λέγει τῇ μητῷ αὐτοῦ. Γυναι, ἴδον όντιός σου. Εἶτα λέγει τῷ μαθητῇ. Ἰδοὺ η μήτηρ σου.
3. Άμην λέγω σοι, σῆμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ.
4. Ήλι, ηλι! λαμὰ σαβαγθανί; (Mc. εἰλοῦ, έλωτ! λαμμᾶ caet.).
5. Διψῶ.
6. Τετέλεσται.
7. Πάτερ, εἰς χεῖράς σου παραθήσομαι τὸ πνεῦμά μου.

Ut autem duplex Apologetices munus esse diximus, alterum *positivum* q. d., alterum *negativum*, sic nostra disputatio de momento Apologetico, quod interpretatis Christi dictis insit, bipartita sit necesse est. Altera ipsum horum verborum momentum Apologeticum exponet; altera a dubitationibus illud vindicabit.

1) Vidd. Ewald I. I. Overd. XII. et Ebrard I. I. p. 658. Alteri sententiae favet Da Costa I. I. P. II. p. 380, et ut videtur Hase I. I. p. 201. § 120.

Prior pars *positiva* dici potest, posterior *negativa*. Ab hac autem ordiamur, ut, remotis dubiis, ipsius momenti expositio aptius procedat, nostraque disputatio a *minori* ad *majus* escendat.

### CAP. I.

#### *Dubia maxime a Straussio mota refelluntur.*

Dubia, maxime a Straussio mota, dico; namque ille in primis verborum, de quibus agimus, *authentiam*, adeoque hanc vitae Jesu partem, in dubium vocavit. Qui post eum scripserunt nihil quidquam novi, quoad eisdem scio, hac in causa protulerunt. Ut autem omnem fere reliquam Jesu vitam impugnat, mythisque adscribendam esse contendit, eadem prorsus ratione dicta Christi de cruce pendens aggressus est, ductis argumentis suis *tum* e studio Apostolorum primorumque Christianorum, summis Jesum efferendi laudibus, *tum* e convenientia, quae factis Ejus fatisque cum Prophetarum vaticiniis intercedit, *tum* e pugna, quam obtinere perhibet inter diversas Evangelistarum narrationes, *tum* denique e silentio, quo alter ab altero relata praetermittit. Sed de singulis Christi dictis videamus.

Ac primum quidem de precibus, quas, referente Luca, Conservator pro inimicis fuderit, sive de *primo*, quod de cruce pendens protulit, verbo. „So ange-„messen,” inquit Straussius,” eine solche Bitte den „sonstigen Grundsätzen Jesu über Feindesliebe ist „(Matth. V: 44) und so viele innere Glaubwürdig-

„keit von dieser Seite die Notiz des Lukas hat: so „ist doch, zumal er mit denselben allein steht, dar „auf aufmerksam zu machen, dass möglicherweise „dieser Zug aus dem für messianisch gehaltenen Ab „schnitt Jes. 53 genommen sein könnte, wo es im „letzten Vers, in denselben, aus welchem auch das „μετὰ ἀνόμων ἐλογίσθη entlehnt ist, heisst: בְּלֹפֶשׁ עַיִן, „עֲנָנוּת was zwar die LXX. unrichtig durch διὰ τὰς „ἀνομίας αὐτῶν παρεδόθη, aber bereits das Targum „Jonathan durch pro peccatis (sollte heissen *peccatoribus*) deprecatus est wiedergiebt“<sup>1)</sup>). Duplex igitur affert argumentum, ad impugnandam hujus dicti authentiam; alterum e silentio caeterorum Evangelistarum ducto, alterum e convenientia, quae huic dicto cum laudato Jesiae loco intercedit. Sed prius vix ulla refutatione dignum est. Unicuique enim, Evangelia legenti, luce clarius patet, singulos eorum Scriptores haudquaquam totam Jesu vitam, cuncta Ejus facta dictaque conscribere voluisse. Απομνημονεύειν tantummodo dederunt, singulique pro variis, quibus ducebantur, studiis consiliisque, nec non pro varia, qua gaudebant, rerum notitia, nonnulla tantum e Jesu vita tradiderunt. Itaque argumentum e silentio ductum, tum demum alicuius ponderis est, quum probari possit, Scriptorem, qui rem, de qua agitur, silentio praeteriit, debuisse eam et cognoscere et literis mandare. Quod hac in causa Straussius haud facile probaverit. Quid? quod rationes fortasse

1) I. l. pag. 538 sq.

dari possunt, handquaquam contemnendae, quibus induci fuerint Lucas quidem ad tradendum hocce Christi dictum, caeteri vero Evangelistae ad silentio illud praetereundum. Ille enim totus in eo est, ut humanitatem Christi describat, summamque, quo ducebatur erga peccantes, misericordiam <sup>1)</sup>, quae in his quoque precibus praeclare eluescit: imo sponte ductus fuisse videtur ad earum commemorationem, Stephanum cogitans, cuius itidem preces pro inimicis fusas esset traditurus. Caeteri vero Evangelistae silentio illud praetermittere potuerunt, Joannes quidem, quoniam traditum jam erat a Luca, Matthaeus vero et Marcus, quia harum precum commemoratio iis minus necessaria videbatur, quum omnis Jesu vita amorem etiam erga inimicos satis superque testaretur. Alterum vero Straussii argumentum paulo majoris est ponderis. Sed totam quaestionem, qua late patet, de convenientia, quae Jesu vitae intercedit *tum* cum historiis, *tum* cum vaticiniis in V. T. libris exhibitis, hoc loco pertractare non possumus: quod eo minus juvat, quum utrumque ab aliis, maxime a Da Costa <sup>2)</sup>

1) Vidd. e. g. Luc. VII:37—48. XV. XIX:1—10. Cf. ab Utrecht Dresselhuis: »Over het Evangelie van Lukas» in Opp. Soc. Hag. a. 1839. p. 268 sqq.

2) *Voorl. over de vier Evr.*, T. I. p. 128 sqq. ubi inter alia p. 129 sqq. ait: »Men vraagt, hoe, in de onderstelling van Strauss, eene »zulke naauwkeurige nabeelding der Oud-Testamentische geschiede- »nissen, buiten eenig opzet der dichtende gemeente denkbaar zou »zijn? Hoe, in het geval van meer opzettelijke versiering naar de »Israëlitische voorbeelden, dergelijke sijn gesponnen en allezins bere- »kende bewerking door menschenvernuft overeen te brengen zij met »den eenvoud, die het groote kenmerk dezer Schriften is? — Men

et van Oosterzee<sup>1)</sup> jam sit occupatum. Itaque haec tantummodo rogando ad refutandam Straussii dubitationem monemus: *primum*, quo tandem jure ex una convenientia, quae obtinet inter Christi preces et Jesaiae vaticinium, concluditur, Apostolos primosve Christianos hoc vaticinio inductos fuisse, ut Christum, dum de cruce pendebat, pro inimicis precantem informarent? Estne verisimile, eos ratiocinatos esse hoc modo: haec atque illa *Messiae* contingent, ab Eoque patrentur ac dicantur necesse est, secundum haec atque illa librorum ss. dicta; itaque sine dubio haec atque illa Ei contigerint ab Eoque patrata fuerint et dicta; nam ille pro Messia est habendus? Nonne simplicius est longeque probabilius statuere, eos argumentatos esse hoc modo: quae Prophetae de Messia vaticinati sunt, haec in Jesu eventu sunt comprobata; ille igitur Messias est habendus. *Deinde*, quid quaeso Lucam aliquo Christi discipulum movisset, ut has nominatim

»ziet niet in, dat, waar ook de overeenkomsten onbetwistbaar zijn, »gebeurtenissen die met elkander eene hoe ook sprekende gelijkenis »hebben, daarom noodwendig de eene van de andere nagebootst, en »aldus verdicht en onwaarachtig moeten zijn.“ Haec quidem et alia jure optimo contra methodum Straussianam adducuntur. Attamen, Da Costa judice, convenientiae causa altius est repetenda. Quare ita pergit: »Men moet — de overeenkomsten, die aangevoerd worden, »toch altijd erkennen te bestaan! — Hier is de vinger eerer hooger »hand. Hier is het plan, de wijsheid, het hoogst verheven en aan- »biddelijk opzet van God! En zie daar ons dan nu als van zelve, »door die zeer nieuwewetsche *Mythische* schriftverklaring, terugge- »voerd tot de sedert lang miskende en bijna vergetene *typische* God- »geleerdheid der Ouden.“ caett. Cf. et praeclara Nitzschii verba, ullata ab Hasio in *Hutt. Rediv.* ed. 5 p. 91 sqq. in annot.

1) I. 1. Over de waarde v. d. Handd. der App., p. 271—289.

preces Ei tribueret? Num studium majoribus Christum laudibus cumulandi? Sed benevolentiam, quam h̄c manifestabat, per omnem vitam satis superque demonstraverat. *Denique* si vel ipsum precandi actum ex Prophetae dictis hausissent, unde quaeso ipsa verba sumserunt, quibus Christus apud Patrem pro inimicis intercedens, usus fuit; et ejusmodi quidem verba, quae odium, persecutio[n]es, verberationes, ipsa adeo mors, quibus a Judaeis afficiebantur, haudquam dictitare iis potuerunt? Ut igitur prius, ita et posterius Straussii argumentum nihil quicquam valet ad authentiam hujus dicti infringendam.

Progredimur ad dijudicandas dubitationes contra alterum Christi dictum ab eo allatas. Monet *primum*, Matthaeum et Marcum tantummodo mentionem facere quarundam seminarum, quae[re] Jesu cruci adstiterint, Lucam vero πάντες τοὺς γνωστοὺς Christi commemorare, quibus certo annumerandi sint Ejus discipuli. Ac si id vel aliquatenus labefaceret fidem eorum historicam! Ac si Matthaeus et Marcus, feminas unice commemorantes, hoc ipso indicare voluerint, nullum adfuisse discipulum. *Deinde* urget diversitatem, quae obtinet in Evangelistarum narrationibus, quum Synoptici matris Jesu nomen retineant, Joannes vero non commemorare videatur suam matrem Salomon, quam illi indicant. Sed quomodo difficultas inde orta, tolli possit, antea jam vidimus<sup>1)</sup>. Porro provocat ad ἐμαρτυρανέα, quam

---

1) Vid. n. Disq. pag. 57.

animadvertisimus in Synopticorum traditione, collata cum iis quae Joannes refert. Namque illi *longo* satis intervallo discipulos ac feminas a cruce abfuisse, narrant; hic vero se una cum Jesu matre caeterisque, quas nominat, mulieribus, *juxta* crucem stetisse, scribit. Quam ἐναντιοπανείαν, praeeuntibus aliis Interpretibus, justo, me quidem judice, modo, antea sustuli <sup>1)</sup>. *Tum* et maxime quidem urget Synopticorum silentium. „Könnte man,” inquit <sup>2)</sup> „zwar von der mütterlichen „Zärtlichkeit, vielleicht den Heroismus eines näheren „Hinzutretens erwarten: so macht dagegen das völlige „Schweigen der Synoptiker, als der Interpreten der „gewöhnlichen evangelischen Tradition, die historische „Realität jenes Zuges zweifelhaft.” Sed in his petitionem principii committere videtur, quippe qui Synopticos traditionis Evangelicae vulgaris interpretes habeat, adeoque sumat quod probandum esset. Deinde quodnam pretium argumento, e silentio petito, statendum sit, modo vidimus <sup>3)</sup>). Quid? quod hoc sumto non nisi ea, quae ab omnibus Evangelistis tradita essent, ut fide digna accipienda forent. Urget tamen illud argumentum Straussius ita pergens: „Die „Synoptiker können weder von der Anwesenheit der „Mutter Jesu beim Kreuz etwas gewusst haben <sup>4)</sup>. „Sonst würden sie vor allen andern Frauen sie als „die Hauptperson namhaft machen; noch scheint von

1) Vid. pag. 55 sq.

2) I. l. pag. 548.

3) Vid. pag. 86 sq.

4) Cf. Ebrard I.I. pag. 753, ubi multa acute monet ad Straussium refellendum.

„einem engeren Verhältniss derselben zu Johannes  
 „etwas bekannt gewesen zu sein; wenigstens lässt die  
 „Apostelgeschichte (I. 13 f.) die Mutter Jesu mit den  
 „Zwölfen überhaupt, seinen Brüdern und den Frauen  
 „zusammen sein.“ Respondemus: non patet e silentio  
 Synopticorum nescivisse eos, Mariam Jesu matrem  
 cruci adstitisse; non erat Maria prima persona, nam  
 que id temporis nondum singulari veneratione eam pro  
 seculi sunt discipuli, qui ipsum Jesum, referente Matthaeo (Cap. XII: 48 sq. coll. Marc. III: 34, 35 et  
 Luc. VIII: 21) dicentem audiverant: Τίς ἐστιν ἡ μήτηρ  
 μου; καὶ τίνες εἰσὶν οἱ ἀδελφοί μου; — Ἰδού, ἡ μήτηρ  
 μου, καὶ οἱ ἀδελφοί μου. Οὐτις γάρ ἂν ποιήσῃ τὸ Θέλημα  
 τοῦ πατρὸς μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς, αὐτός μου ἀδελφός καὶ  
 ἀδελφὴ καὶ μήτηρ ἐστιν. Denique ex eo, quod Act. I. I.  
 Maria Jesu mater post Apostolos nominatim indi  
 cetur, apparet singulari quodam loco prae caeteris eam  
*seminis* fuisse habitam. Addit quidem Straussius:  
 „Wie aber die Kunde von jener rührender Gegen  
 wart und diesem merkwürdigen Verhältniss verloren  
 gehen konnte, begreift sich wenigstens nicht so leicht,  
 „als wie sie in dem Kreise, aus welchem das vierte  
 „Evangelium hervorgegangen ist, hat entstehen kön  
 „nen. Müssen wir uns nach früher erwogenen Spu  
 „ren diesen Kreis als einen solchen denken, in wel  
 „chem der Apostel Johannes besondere Verehrung  
 „genoss, wesswegen ihm denn unser Evangelium aus  
 „der Dreizahl der genaueren Vertrauten Jesu her  
 „aushebt, und allein zum Lieblingsjünger macht: so  
 „konnte zur Besiegung dieses Verhältnisses nichts  
 „schlagenderes gefunden werden, als die Angabe,

„dass Jesus die theuerste Hinterlassenschaft, seine „Mutter (in Beziehung auf welche, wie auf den angeblichen Lieblingsjünger, ohnehin die Frage nahe lag, ob sie denn in dieser letzten Noth von der „Seite Jesu gewichen seyen?) dem Johannes gleichsam letztwillig übergeben, diesen somit an seine „stelle gesetzt, ihn zum *vicarius Christi* gemacht habe.“ Nos vero contendimus, contrarium longe facilius intelligi posse, imo cum Lückio quaerimus: „Mussten „nicht gerade so ganz persönliche Verhältnisse im „Strome der allgemeinen Tradition leicht verloren „gehen?“<sup>1)</sup> Quid plura? ne vestigium quidem mythi hic reperiet, nisi qui et mythorum formandorum, et historiarum negandarum studio, prorsus est abreptus. Recte enim Hasius: „Da die Mutter Jesu,“ inquit, „nicht als Kinderlos galt, fehlt zur sagenhaften Entstehung der Anlass“<sup>2)</sup>; nullumque hoc nobis dubium movet, quod unus Joannes rem, de qua agimus, tradidit; nam cum eodem Hasio affirmamus: „Nur für Johannes war es eine Nothwendigkeit, des Testamentes Jesu zu gedenken.“

Ad infringendam narrationis, quae *tertium Jesu* dictum complectitur, *authentiam*, Straussius *primum* quidem provocat ad pugnam, quae adesse videatur inter Matthaei et Marci traditiones, cum relatis a Luca collatas. Um diese Differenz,“ inquit, „auszugleichen, haben die Erklärer die Voraussetzung ge-

1) Vid. ejus Comm. ad l.

2) I. l. pag. 202.

„macht, zuerst mögen wohl beide Verbrecher Jesum „gesmäht haben, dann aber durch die ausserordentliche „Finsterniss der eine umgestimmt worden sein; neuere „haben sich auf eine *enallage numeri* berufen: gewiss „aber nur diejenigen recht gesehen, welche eine wirk- „liche Differenz zwischen Lukas und seinen Vormän- „nern zugaben.“ Quod postremum recte negare no- bis videmur. Nec tamen ad tollendam difficultatem, ineundam esse arbitramur rationem, quam Straussius priore loco commemorat, subscribentes praeclaris hisce Doct. Da Costa verbis: „Degenen, die tegen den „aart der Evangelische overeenstemming, hier Lucas „uit zijne beide voorgangers zoeken te verklaren, en „aan eene lastering der *beide* moordenaars denken, „waarvan dan eensklaps één zich zal bekeerd en tot „den Heere gewend hebben, bedenken niet, dat het „geheel tegen den aard dier bekeering strijdt, zich „een boeteling voortstellen, wiens eerste geloofsdaad „zoude geweest zijn, — het bestaffen van den me- „dezondaar wegens eene daad, een oogenblik te voren, „door hem zelven gelijkelijk bedreven!“<sup>1)</sup>. Alteram vero rationem a Straussio landatam, quam in loci interpretatione jam attigimus<sup>2)</sup>, etiamnum sequendam esse existimamus, statuentes omnino *numeri enallagen* hic obtainere, ita ut Matthaeus et Marcus universe tantummodo indicare voluerint, omnis generis homi- nes, non solum τοὺς ἀργεόεις et τοὺς παραπορευόμενους, sed latrones etiam Jesum calumniatos esse. Quod

1) I. l. pag. 379 sq.

2) Vid. pag. 36.

optimo jure contendere nobis videmur; namque ejusmodi *enallage* èt alibi habetur<sup>1)</sup> èt cum consueta Matthaei Marcique scribendi ratione prorsus convenit<sup>2)</sup>. Deinde monet Straussius, duos priores Evangelistas nihil quidquam eorum scivisse, quae apud Lucam tradita inveniuntur. Quod tamen neque ex eorum silentio certo effici potest, et, si vel concedendum foret, non valeret ad negandam narrationis *Lucanae* authentiam. Maxime autem Straussum offendunt verba, quibus latro Jesum allocutus esse dicitur. „Denn um von einem am Kreuz Hängenden,” inquit, „ein einstiges kommen zur Errichtung des „Messiasreichs zu erwarten, dazu gehörte das ganze

1) Vid. Heringa *Opp. Exeget. et Herm.* p. 298 sq. Cf. quoque Wineri *Gramm.* ed. 3. p. 149. ubi: »Der Plur. (masc. oder fem.) «ist oft da gesetzt, wo das Prädicat zwar zunächst nur von einem «einzigem subject gilt, der Schriftsteller aber den gedanken *allgemein* «ausdrucken will; Z. B. Mt. 27, 44. καὶ οἱ λῃσταὶ — ἀνείδιξεν αὐτὸν, die Mörder schmähten ihn (eigentl. nur *einer*, vgl. Lue. 23, 39. — Wenn man nicht, was wohl vorzüglicher, eine Verschiedenheit der Relation annehmen will —).”

2) Vid. Da Costa l. l. T. II. p. 245. ubi: »Matthéus bemint het «meervoud, dat Lucas en meestal Marcus reeds, tot het werkelijk «enkelvoudig getal terugbrengen. Dat *meervoud* van het moeder-Evan-«gelie, ligt in het standpunkt van zijnen Schrijver, als wien in alles «meer het soort, dan het bepaalde voorwerp, meer de zamenhang «der denkbeelden, dan de op zich zelve staande gebeurtenis ter «harte gaat.” — et ad n. l. p. 380: »Maar nu is het uit allerlei Evan-«gelische beginsels openbaar, dat het meervoud van Matthéus hier «wederom de algemeene en voorloopige aanduiding van het soort van «menschen is, die Jesus hebben gelasterd, in Zijn uiterst lijden. «Marcus volgt hier, naar zijne gewoonte in dergelijke gevallen, met «slechts eene kleine wijziging. Voor Lucas bleef het bewaard om «het treffende onderscheid tusschen de beide medegekruisigden te «vereeuwigen.” caett. Cf. et Ebrard l. l. p. 692.

„System von einem sterbenden Messias, welches die „Apostel vor der Auferstehung nicht begriffen, und „welches somit ein *λγστης* vor ihnen gefasst haben „musste. Diess ist so unwahrscheinlich, dass es kein „Wunder ist, wenn Manche in der Bekehrung des „Räubers am Kreuz ein Wunder haben sehen wollen, „und es wird durch die Annahme, welche die Er- „klärer zu Hülfe rufen, der Mensch werde wohl kein „gemeiner, sondern ein politischer Verbrecher, viel- „leicht einer der *συστασιαστῶν* des Barabbas, gewesen „sein, nur noch undenkbarer. Denn war er ein zum „Aufruhr geneigter Israëlit, der auf Befreiung seines „Volks vom römischen Juche hinarbeiten wollte: so „war gewiss auch seine Idee vom Messias am weite- „sten davon entfernt, einen politisch so ganz ver- „nichteten, wie Jesus damals war, als solchen anzu- „erkennen.“ Ad quae *primum* animadvertisimus, in omni hac ratiocinatione vehementer sibi repugnare Straussium. Namque hic ejusmodi tribuit latroni notiones, quibus post Christi demum resurrectionem gavisi sunt Apostoli; quum tamen mox de eodem affirmat: „Ganz im Geist der jüdischen Denk- und „Redeweise ist — seine Anrede an Jesum“ caett.<sup>1)</sup>. Deinde monemus, ex justa verborum interpretatione, quam antea dare conati sumus<sup>2)</sup>, latronem minime ejusmodi *γρωτὸν πνευματικὸν* manifestasse, qualem Straussius hoc loco ei tribuit. Quid? quod, praevenente Cl. Neandro<sup>3)</sup>, indicavimus, latronis preces

1) Vid. I. l. pag. 541.

2) Vid. pag. 40 sqq.

3) I. l. pag. 754.

aliquatenus saltem adhuc prodere opiniones Israëlitarum vulgares de regno a Messia his in terris condendo. At minime tamen negamus, confessum eum fuisse Jesum Messiam, ab eoque omnem suam salutem sincera fide post mortem exspectasse. Quod sane mirandum videtur; Straussius vero omne quod mirandum, ad miracula, et quod ad miracula, pro suo scilicet miraculorum studio, ad τὰ ἀδύνατα referre solet<sup>1)</sup>. At multa etiam afferri possunt ad mirabilem hanc latronis conversionem explicandam. Praeter ea, quae antea jam notavimus<sup>2)</sup>, afferre hīc juvat præclara Ebrardi verba, qui ad quaestionem: „Ob der „Schächer die Worte „wenn du in deinem Reich „„kommst“ sagen konnte?“ haec respondet: „Wenn er „von Christo und seiner Lehre etwas gehört hatte „(Mt. 24) allerdings! Und er, in Jerusalem so eben „gefangen genommen, konnte doch wahrlich leicht „jene Rede oder mittelbare Darstellungen derselben „gehört haben, die als todte Notizen in seinem Gedächtniss — unbeachtet und wohl verspottet — liegen blieben, bis das Leiden und die herbe Todesangst, zusammengenommen mit Christi Erscheinung, „ihn auf dieses verachtete Heil hinwiesen.“ Denique Straussius sic concludit: „Man darf aber nur ein „Auge für Sagenbildung haben, so wird man sie

1) Laudat hic Straussius quae de latronibus fabulosa narrantur in Evv. Apocr. Vid. Thilo Cod. Apocr. I. p. 143. Sed comparationem instituere neglexit inter fabulosas has traditiones et simplicissimam Lucæ narrationem.

2) Vid. pag. 40 sqq.

3) I. l. pag. 692.

„hier besonders kenntlich wiederfinden,” rationemque  
 qua, ipso judice, sensim sensimque mythus de altero  
 latrone ad Christum converso, vel fortasse de utro-  
 que latrone exstiterit, sic exponit: „Zwei Uebelthäter  
 „waren mit Jesu gekreuzigt, so viel hatte die Ge-  
 „schichte” (Quidni hoc quoque negat Fabulator?)  
 „oder auch diess schon die Weissagung Jes. 53: 12,  
 „an die hand gegeben.” (Ac si propheta *duos* comme-  
 morasset maleficos!) „Sie liengen zunächst als stumme  
 „Personen da, wie wir sie im vierten Evangelium fin-  
 „den, in dessen Entstehungsgebiet nur die einfache  
 „Nachricht, dass sie mit Jesu gekreuzigt worden, ge-  
 „drungen war.” (Hie igitur narrationis *simplicitate*  
 conspicuum est Evangelium Joanneum; in tradenda  
 vero commendatione Mariae, *amplificatione*, quod  
 idem Straussius antea monuerat!) „So unbenutzt  
 „aber konnte sie die Sage in die Länge unmöglich  
 „lassen: sie öffnete ihnen den Mund, und da sie  
 „übrigens nur von Schmähungen der Umgebenden zu  
 „berichten hatte,” (Ac si, quod ipse Straussius  
 mox observat *cum Pilatus, tum* centurio praeclarum  
 de Christo testimonium non edidissent!) „so liess sie  
 „in den allgemeinen Hohn gegen Jesum auch die bei-  
 „den Uebelthäter, zunächst ohne nähere Angabe ihrer  
 „Reden einstimmen (Matth. u. Mc.).” (Ingeniosa sci-  
 licet interpretatio, suaque ipsa probabilitate magnopere  
 sese commendans! Itaque illi ipsi Christi discipuli,  
 qui, judice Straussio, summo ducti fuerint studio Ma-  
 gistrum laudibus cumulandi, jam latrones informarint  
 una cum cacteris Eum calumniantes!!). „Doch die  
 „Mitgekreuzigten liessen sich noch besser benützen.

„Hatte ein Pilatus Zeugniss für Jesum abgelegt, „zeugte bald darauf ein römischer Centurio, ja die „ganze wunderbar aufgeregte Natur für ihn?“ (Itaque haec omnia pro veris sunt habenda. Alias enim mythus de latrone converso ex iis oriri non potuit, nisi statuere velis alteram rem fictam alteri inniti atque adeo utramque omni fundamento destitutam esse); „so werden auch seine beiden Leidensgenossen, wiewohl „Verbrecher, gegen den Eindruck seiner Grösse nicht „ganz verschlossen geblieben sein, sondern, wenn „zwar der eine, der ursprünglichen Gestaltung der „Sage gemäss, lästerte, so musste wohl der andere „sich in entgegengesetztem Sinn geäussert, und Glau- „ben an Jesus als den Messias bewiesen haben (Lukas).“ (Minime vero. Nam praeclarior omnino mythus effungi potuisse, si utrumque latronem informassent Je- sum Messiam profitentem). Sed quid opus est plura? Nos assertioni *Straussianae* modo laudatae: „Man darf „aber nur ein Auge für *Sagenbildung* haben, so wird „man sie hier besonders kenntlich wiederfinden,“ hanc nostram fidenter opponimus: „Man darf aber „nur ein Auge für *Geschichte* haben, so wird man „sie hier besonders kenntlich wiederfinden.“

Quod attinet ad quartum verbum, mirum videri possit, et Lucam et Joannem silentio illud praeterisse. Quid? quod fuit, qui hanc ob causam ejus authentiam in dubium vocaverit<sup>1)</sup>. Quare operae

---

1) Bretschneiderus in *Probab. de Evang. et Epp. Joannis Ap. indole et origine*, p. 34 sqq.

pretium est paucis exponere rationes, cur Joannes nominatim hanc Christi querelam tacuisse videatur. Ac *primum* quidem animadvertisimus, noluisse Apostolum omnia, quae ad publicam Jesu vitam pertinarent, litteris mandare <sup>1)</sup>: unde haud pauca paeclaras Jesu facta fataque, quorum ipse ἀντόπτης fuerat, omisit; e. g. resuscitationem filiae Jairi e mortuis, gloriam qua Christus in monte affectus fuit, sacrae coenae celebrationem. Quis igitur haec aliaque, a Synopticis commemorata, hanc unice ob causam ad dubitet, quoniam a Joanne silentio sunt praetermissa? *Deinde*, optio facienda ei erat ex iis, quae commemorari possent. Haec autem optio pendebat a singulari ejus in conscribendo suo Evangelio consilio; quod, quale fuerit, ipse declarat Cap. XX: 31: Ταῦτα δὲ γέγραπται, ἵνα πιστεύσῃτε, διτὶ Ἰησοῦς ἐστιν ὁ Χριστός, ὁ νιὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ ἵνα πιστεύοντες ζωὴν ἔχητε ἐν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ. Quid mirum igitur hanc Christi querelam eum omisisse? Quod tamen non ita intellectum volumus, ac si Joannes prorsus noluerit Christum describere dolore oppressum; cui opinioni a nonnullis propugnatae <sup>2)</sup> èt alia obstant èt ea quae Joannes refert Cap. XI: 33, 35, 38. XII: 27. At dicat forte quis, quamquam in caeteris Jesu factis fatisque enarrandis suum ipse consilium Joannes secutus fuerit, unde nonnumquam discrepat a Synopticis, in referendis tamen ultimis Christi perpessionibus fere semper cum iis convenit. Sed haec ipsa

1) Vid. Cap. XXI: 25.

2) Vid. Bretsch. I. I.

objectio nos dicit ad *tertiam* observationem. Scilicet, quum tot tamque praeclara commemoranda essent, quod ad publicam Jesu vitam attinet, non est quod miremur, Joannem in ea tradenda non semper cum caeteris Evangelistis conspirare. Ex ipsis autem rei indole sequitur, convenientiam inter Joannis et Synopticorum narrationem, ultima Jesu fata complectentem, omnino majorem esse debuisse. Quam tamen convenientiam, cave majorem quam par est, tibi informes. Namque et hic Joannes quaedam singularia habet, *cum* tradendo quae Synoptici omiserunt, *tum* uberius exponendo quae illi verbo tantum attigerunt. Ad *priora* referenda sunt: Joan. XIII: 1-20. XIII: 21-XVII. XVIII: 2. 19-24. 28-32. XIX: 4-7. 8-12. 13-16. 25-27. 28, 30, 31, 37; ad *posteriora*: XVIII: 3-9. 10. 26. 33-36. XIX: 23, 24. Contra vero aut brevis est in tradendis iis, quae a caeteris Evangelistis fuse commemorantur, aut plane ea omittit. Brevis est, e. c. in iis quae de Christi prodiore, de praesignificatione, Petri abnegationem spectante, tradit. Plane omittit e. g. sacrae Coenae celebracionem, lites Apostolorum de principatu, Judae mortem, catervam ad crucem stantem Christumque calumniantem, miracula continuo post Ejus mortem edita. Imo vero talia silentio praetermittit, quorum omissio, nisi aliunde nota essent, efficeret, ut ipsius narratio intelligi non posset. Ita nihil narrat de Christo coram senatu Judaeorum accusato, nihil de falsis testibus, nihil de lato a Judaeorum proceribus judicio, sed continuo Jesum ad Pilatum abductum fuisse refert. Unde recte efficitur, Joannem Synopticorum

narrationem cognovisse, veterumque sententiam minime esse rejiciendam, qua statuant, Eum post exarata demum caetera Evangelia suum conscripsisse librum, hoc quoque consilio, ut illa confirmaret atque superlaret<sup>1)</sup>. Denique si verum est, quod antea posuimus, Joannem mox post commendatam sibi Mariam, in domum suam eam abduxisse, deinde vero ad Golgotham rediisse, statui fortasse possit, Joannem hanc, de qua agimus, Jesu querelam omisisse, quoniam ipse eam non audivit. — Sed Straussius hic silentium Lucae et Joannis non urget. Premit vero magnopere rationem, quae Jesu verbis cum Psalmo XXII intercedit, ad eorum authentiam impugnandam<sup>2)</sup>. „War nämlich,” inquit, „der Messias „einmal als leidender aufgefasst, und wurde jener „Psalm gleichsam als ein Programm seines Leidens „benutzt, wozu es keineswegs des Anlasses bedurfte, „dass Jesus am Kreuz eine Stelle desselben wirklich „angeführt hatte: so mussten die Anfangsworte des „Psalms, welche das Gefühl des tiefsten Leidens aus „sprechen, sich ganz besonders eignen, dem gekreuzigten Messias in den Mund gelegt zu werden.” Ad quam inanem ratiocinationem respondemus: *primum*, in ea sumi quae probanda sint; *deinde*, quod acute monet Hasius<sup>3)</sup>: *die Sage hätte nie so bedenkliches in*

1) Vid Riehm I. l. Cap. I. § 214 et quos laudat; quibus addantur et alii et H. E. F. Guerike, *Hist.-krit. Einleit. in d. N. T.* § 41, pag. 291 sq. uti et v. Oosterzee, *Het Leven van Jezus*, T. I. P. 1, pag. 144.

2) I. l. pag. 551 sq.

3) I. l. § 120, pag. 203.

*Jesu Mund gelegt; denique verborum Jesu authentiam negari non posse, nisi etiam neges, nonnullos cruci adstantium propter hanc ipsam vocem: ἡλι, ἡλι, ο. τ. λ. Jesum calumniatos fuisse, dicentes: ὅτι Ἡλίας φωνεῖ οὗτος.* Et est omnino tanta Straussii impudentia, ut hanc quoque rem fictam esse affirmare audeat. Nam sic pergit: „In diesem Falle könnte dann „auch die auf jenen Ausruf Jesu sich beziehende „Spottrede der Umstehenden, ὅτι Ἡλίας φωνεῖ οὗτος „u. s. w., nur so entstanden sein, dass dem Wun- „sche, für diese Scene dem Psalm gemäss verschie- „dene Spottreden zu bekommen, der Gleichklang des „ἡλι in dem Jesu geliehenen Ausrufe mit dem auf den „Messias bezogenen Elias entgegen gekommen wäre.“ Quid? quod antea jam monuerat, praecipuas calumnias, quibus Jesus de cruce pendentem affecisse dicuntur inimici, e Psalmo XXII ductas esse, dicens <sup>1)</sup>: „Kann nun zwar jenes Spotten und Kopfschütteln „der Feinde Jesu, unerachtet die Zeichnung dessel- „ben nach einer A. T. lichen Stelle abgeschattet ist, „dennoch gar wohl wirklich so vor sich gegangen „sein; so verhält es sich dagegen mit dieser den „Spöttern geliehenen Rede anders. Worte, die, wie „die angegebenen, im A. T. den Feinden des From- „men in den Mund gelegt sind, konnten die Syne- „dristen nicht adoptiren, ohne damit sich selbst als „Gottlose hinzustellen; wovor sie sich wohl gehütet „haben werden. Nur die christliche Sage, wenn sie „einmal den Psalm auf das Leiden Jesu, und na-

---

1) I. I. pag. 540 sq.

„mentlich auf seine letzten Stunden, anwandte, konnte „auch diese Worte den jüdischen Obern in den Mund „legen, und darin die Erfüllung einer Weissagung „finden.“ Sed haec hujusmodi sunt, ut, post ea quae monuimus de ratione, qua convenientia, quae Jesu fatis dietisque cum historiis ac vaticiniis in V. T. libris exhibitis intercedit, intelligenda sit, nulla ampliore refutatione digna sint habenda. Unum hoc acute dictum Ebrardi adjicere juvat<sup>1)</sup>. „Ueberhaupt aber hat „Str. die Taktik, alle Vorgänge am Kreuz als Er-„findungen, nach Ps. 22, „dem Programm des Lei-„„dens Christi“ und Jes. 53 versorgt, darzustellen. „So selbst die Bitte, *Vater, vergieb ihnen* (sie soll „aus Targ. Jonathan stammen! pag. 518) so die Spott-„reden Mt. 39 ff (525) so der Ruf *Eli, eli* (528 ff.) „wiewohl dieselbe aus Jesu eigener „Calamität,“ her-„vorgegangen seyn könnte. In der That, wenn es „keine Weissagung und keinen Gott giebt, so muss „man sich — auch von allen andern Anfechtungs-„mitteln verlassen — doch nach dergleichen Hypo-„thesen umsehen, um die secundäre conglomeratartige „Entstehung einer *solchen* Geschichte zu erklären. Dass „aber muss Str. bekennen, dass *nur* jener Zweifel an „Gott und der Weissagung ihn zu solchem Treiben nö-„thigt, während ausserdem die Geschichte in sich har-„monisch und ohne Widerspruch ist. Zu seinen *Witzem* „aber nöthigt ihn selbst seine armselige Dogmatik „nicht, sondern lediglich seine niedrige Sinnesart“<sup>2)</sup>.

1) l. l. pag. 692.

2) Liceat haec etiam addere ex ejusdem viri libro, quae habet ad

Sequitur *quintum* verbum, quod itidem omni fundamento historico destitutum atque e Psalmo XXII ductum esse, contendit Straussius. „Da,” inquit, „auf „diese Weise” (intellige Synopticorum narrationes de porrecto Christo potu) „zwar das ἐπότισάν με ὀξος, „noch nicht aber auch das εἰς τὴν δίψαν μου des „Orakels ausdrücklich erfüllt war, so hielt es der „Verfasser des vierten Evangeliums für wahrscheinlich, dass Jesu auch wirklich die Empfindung des „Durstes geäussert, d. h. δίψω gerufen habe; ein Ruf „den er ausdrücklich als Erfüllung der γραφή, wor „unter ohne Zweifel die genannte Psalmstelle (vgl. „Ps. 22, 16) verstanden ist, bezeichnet, und zwar „indem er das οὐα τελειωθῆ ν γραφή durch εἰδὼς ó „Ιησοῦς, ὅτι πάντα ἡδη τετέλεσται einleitet, so scheint „er fast sagen zu wollen, die Erfüllung der Weissagung

dubium a Str. motum contra verba, quibus referente Matthaeo (vs. 43) Judaeorum proceres Christum calumniali fuerint. »Sollte es «so unmöglich seyn,“ inquit, »dass Leute, die nun einmal im Zuge «sind, Heiliges zu verspotten, darin fortfahren, unbekümmert, wossen «Worte sie zu ihren Witzen benützen? Unmöglich, dass die Gesinnung «des Hohnes jede Besinnung raubte? Unmöglich, dass um »auch diesen «guten Witz noch anzubringen“ die vor Jesu Kreuz so lustigen »Synedristen nicht scrupulos erwogen, dass ihre Worte im a. T. als »Worte eines Gottlosen vorkämen? — Wollen wir sehen, ob so etwas unmöglich sey! Schlagen wir, weil Str. Leben Jesu gerade vor uns liegt, einmal dieses Buch auf. Wirklich, da finden wir »Thl. I. S. 414 den Beweis, dass bei Jesu Taufe der Himmel sich »nicht wirklich geöffnet habe und der heil. Geist nicht wirklich herabgestiegen sey, und am Schluss der Argumentation ruft Str. voll »Freude aus: »Was bedürfen wir weiter Zeugniss.“ — Worte des »Kaiphas, mit welchen Str. sich allerdings »als Gottlosen hingestellt »hat?“

„gung sei die eigene Absicht Jesu bei jenem Ausruf „gewesen: allein mit solchem typologischen Spiel wird „kein am Kreuz im Todeskampf begriffener sich ab- „geben, sondern nur sein in ruhiger Lage befindli- „cher Biograph.“ Itaque suo scilicet more eam arri- pit verborum interpretationem, quae maxime absurdia sit dicenda, ut eorum authentiam eo facilius impu- gnare possit. Etenim antea vidimus, aliam omnino horum verborum esse explicationem<sup>1)</sup>: qua assumta nullam locus, de quo agimus, difficultatem habet; ita ut difficile sit intellectu, quo tandem modo verbi Jesu διψῶ authentiam in dubium vocare potuerit. Quid? num igitur hoc ipsum, quod Jesus sitiverit de cruce pendens, ad miracula ac proinde ad τὰ ἀδύνατα est referendum? Hoc quidem non contendit; attamen non tantum Joanneam narrationem, sed caeterorum etiam Evangelistarum relata de porrecto Christo potu, ad mythos refert Strauss<sup>2)</sup>. Nam totam suam disputationem sic concludit: „Hiemit soll aber, wie schon bemerkt, kei- „neswegs geläugnet werden, dass Jesu vor der Kreu- „zigung ein solcher Mischtrank, und nachher noch „Essig möge gereicht worden sein, da jenes, wie „es scheint, gewöhnlich, und dieses bei dem Durst, „welcher die Gekreuzigten plagt, natürlich war: „nur so viel soll gesagt sein, dass die Evangelii- „sten diesen Umstand, und zwar in so verschiede- „nen Wendungen, nicht desswegen erzählen, weil

<sup>1)</sup> Vid pag. 67.

<sup>2)</sup> I. l. pag. 533—538

„sie historisch wussten, er sei auf diese oder jene „Weise wirklich vorgekommen, sondern weil sie dog- „matisch überzeugt waren,“ er müsse jener Weissagung „zufolge, die sie aber verschiedentlich anwandten, „sich ereignet haben.“ Praeclarum certe exemplum istius immunitatis ab omni praejudicata opinione, quam Straussius tantopere celebravit! Persentisit scilicet tradita hic ab Evangelistis vera esse posse, nec tamen dubitat, relata ab iis dogmaticis eorum opinionibus studiisque attribuere! Sed videamus de singulis quae affert argumentis ad sententiam suam comprobandam. Primum nequaquam perspicere potest, quo tandem modo Matthaeus οἶνος ἐσπυριζόετο, quo secundum Mar- cum potare voluerunt Christum, cruci affigendum, dicere potuerit ὅσος μετὰ γολῆς μεμιγένος, adeoque Mattheum γολῆν scripsisse arbitratur, ut hoc quoque Christi fatum cum vaticinio, in Ps. 69 vs. 22 exhibito scilicet, plane conveniret. Sed hanc εὐαντιοφενελαν Mattheum inter et Marcum alii jam satis superque sustulerunt<sup>1)</sup>. Deinde, ex Evangelistarum narra-

1) Vid. Tholuckius, *Glaubw.* p. 362 in annot. ubi, »Das Historische,« inquit, »in dem Zuge, dass Jesu am Anfange der Kreuzigung kein Trank gereicht wird, beweist die Stelle aus Gemara Cod. Sanhedrin. Mt. sagt nun, XXVII: 34, der Trank habe aus Essig bestanden vermischt mit κακά, welches *allo* Bitterstoffe bezeichnet. Mc. sagt XV: 23, es sey mit Myrrhen versetzter Wein gewesen: auch die Myrrhe hat eine betäubende Kraft. Was die Differenz betrifft, dass der eine Evangelist Essig, der andere Wein nennt; so verschwindet sie. Denn so bald man an die schlechte sorte denkt, welche die Römer *vappa*, die Griechen *ξεῖνος* nannten, so ist zwischen diesem Wein und schlechten Essig, die Grenze nicht wohl zu bestimmen.“ Cf. quoque Da Costa I. I. P. II. p. 371. ubi, »Mat-

tionibus minime effici posse monet, *quoties Christo cruci affixo potus fuerit porrectus.* Magnam enim hic inter illas obtinere diversitatem. Ac *primum* quidem discernit inter *vinum myrratum*, Christo exhibitum, antequam cruci affigeretur, poscamque irridendi causa. Ei porrectam, cuius Lucas mentionem facit (vs. 36) et datam Ei poscam paulo ante mortem<sup>1)</sup>. Jam vero in ultima illa commemoranda, ita a se invicem abire Evangelistas arbitratur, ut nullus eorum eandem indicaverit, ac proinde ex illorum narrationibus effici, per *quinq̄e* vices potum Christo fuisse exhibitum. Scilicet, eo monente, secundum Matthaeum potus Christo praebebatur a milite, bono consilio, τοῖς λοιποῖς Ei irridentibus. Ex Marci vero narratione ille ipse, qui potum Jesu porrigebat, caeterorum irrisioni assentitur. Sed respondemus quaerendo: num exinde cum Straussio concludere licet alterum consilii diversitate ab altero esse distinguendum? Nonne ipsa potus porrigendi actio e quodam misericordiae sensu profui potuit?<sup>2)</sup>. *Porro* monet, potum, cuius mentionem

»th̄eus,” inquit, »door zijn geliefkoosd meervond geeft de medeplichtigheid in het kwaad, de gemeenschap van spot en laster tussen deze mensen te kennen; Marcus nader en sijner bijzondere, leert ons hoe ook het spotwoord: *Laat ons zien enz.* van denzelfden krijgsknecht uitging, die Jesus den edik bracht, het zij nou op die wijze een gevoel van medelijden onder den ruwen spot te bedekken, hetzij dat beide zijn daad en zijn woord mit hetzelfde beginsel van dartele spotzucht voortkwamen; in heide gevallen kunnen (volgens Matth̄eus) ook de anderen zeer goed hem het woord hebben nagezegd.”

1) Ita et Ebrardus I. l. pag. 690. Da Costa tamen I. l. p. 371 putat, bis tantummodo potum Christo porrectum fuisse.

2) Vid. Ebrard I. l. pag. 690 sq. Cf. et Da Costa I. l. p. 382.

facit Joannes (vs. 29), post longe alium Christi clamorem Ei porrectum fuisse. Sed quid quaeso impedit, quominus statuamus, post elatam lugubrem illam vocem: *'Ηλι, ηλι κ. τ. λ.* (Matth. vs. 46) et ante porrectum Ei potum, de quo legimus vs. 48, Jesum etiam clamasse *Αιψῶ*; irrisionem autem ob priorem illam vocem adhuc locum habuisse, secundum Matthaeum et Marcum, quum potus ille Christo exhiberetur? Omnino sumi potest, *continuo* fere post verba *'Ηλι, ηλι κ. λ.*, enunciasse Christum vocem *Αιψῶ*. Quid? quod ex ipsa Matthaei narratione quodammodo certe elucescit, Sospitatorem sitim suam verbo manifestasse. Alias etenim haud facile intelligitur, cur, priore tantummodo voce audita, miles ille ita commotus fuerit, ut continuo (*εὐθέως*) ad vas acetos, posca repletum, quod ad crucem collocatum erat, curreret, ut potum Christo porrigeret. In eundem modum hic disputat Da Costa, dicens<sup>1)</sup>: „Eerst „Johannes heldert ons volledig de toereiking van „den azijn op, die door geen zijner voorgangers noch „recht gemotiveerd werd, door de opneming van een „allergewichtigst deel van 's Heeren lijden — eene „treffende prophecyvervulling (vs. 28). *Hierna* Jesus „wetende dat nu alles volbracht was, *opdat de Schrift „zoude vervuld worden*, zeide: Mij dorst (het vijfde „kruiswoord!) Het is dan op dezen uitroep dat de „soldaten, of liever een hunner, uit het vat met edik „of zuren wijn, dat, naar Romeinsche manier, in de

1) I. l. pag. 382 sq.

„habijheid stond, den Goddelijken lijder te drinken „bieden”<sup>1)</sup>).

Tandem dicendum est de *sesto et septimo Christi verbo*. Videamus igitur, quaenam dubia contra utrumque moverit Straussius. Omnino discrepare inter sece Evangelistas asseverat, in referendo ultimo, quem Christus moribundus sustulerit, clamore. Matthaeum enim et Marcum narrare, magna Eum voce edita animam efflasse; Lucam mortuum Eum esse, fusis hisce precibus: *Πάτερ εἰς χεῖρας σὺν παραθησομαι τὸ πνεῦμα μου!* Joannem prolatu gravissimo illo *Τετράλεσται!* atque inclinato capite obiisse Jesum. Concedit quidem ipse, duos priores Evangelistas cum Luca et Joanne facile in concordiam posse redigi. Et sane, licet Matthaeus et Marcus ultimas, quas Christus de cruce pendens extulerit voces, non commemoraverint, nihilominus tamen credere nos jubent ea, quae Lucas et Joannes retulerunt, revera a Jesu esse prolata. Matthaeo enim auctore: *οἱ Ἰησοῦς πάλιν κράξας φωνῇ μεγάλῃ ἀφῆκε τὸ πνεῦμα.* Marco teste, *οἱ Ἰησοῦς ἀφεις φωνὴν μεγάλην, ἐξέπνευσε* quae non tantum docent, aliquid dixisse Christum morientem; verum etiam ejusmodi protulisse Eum verba, quae magna voce enunciarentur. Haec autem sine dubio ea dicta fuere, quae Lucas et Joannes clamasse Eum tradiderunt. Sed non tam facile Lucam et Joannem secum invicem conciliari posse, Straussius arbitratur. „Denn soll nun Jesus,” inquit, „zu-

1) Cf. et Ebrard. l. l. p. 696 sq.

„erst seine Seele Gott befohlen, und hierauf noch: es  
 „ist vollbracht! gerufen haben, oder umgekehrt: so  
 „ist beides gleichsehr gegen die Absicht der Evangelis-  
 „listen, da des Lukas *καὶ ταῦτα εἰπὼν ἔξεπνευσεν*,  
 „nicht mit Paulus durch *bald* nachdem er dieses ge-  
 „sprochen, verschied er „wiedergegeben werden kann,  
 „und Johannes schon dem Worte nach einen letzten,  
 „abschliessenden Ausruf geben will, welchen aber  
 „der eine so, der andere anders dachte.“ Quis autem non futilem atque inanem judicet omnem hanc  
 Straussii ratiocinationem? Nemo certe sana mente  
 praeditus contendet, Jesum antequam vocem *Tetelestai!* enunciaret, Deo Patri spiritum commendasse  
 suum. Quid vero impedit, quominus sumamus, Eum  
 primum quidem vocem *Tetelestai*, quam Joannes  
 servavit, protulisse, deinde vero ultima illa, quae  
 Lucas annotavit: *Πάτερ εἰς χεῖρας ο. τ. λ.* Eum di-  
 xisse. Lubenter igitur Straussio concedimus neganti, Lucae verba: *καὶ ταῦτα εἰπὼν ἔξεπνευσεν* cum  
 Paulo vertenda esse: „*bald* nachdem er dieses ge-  
 „sprochen, verschied er;” nam diserte iis significat  
 Evangelista *continuo* post illam vocem elatam, animam  
 efflasse Conservatorem. Idem vero negamus, *tum e*  
 verbis Joanneis: *καὶ οὐκίας τὴν πεφαλήν, παρέδωκε τὸ πνεῦμα*, itidem consequi, *continuo* post enunciatum  
 verbum *Tetelestai*, spiritum reddidisse Jesum; *tum ex ipso vocabulo Tetelestai duci posse, ultimum omnino Christi verbum Joannem commemorare voluisse.*  
 Nos rerum nexus ita nobis informamus. Post sumtum  
 acetum, quod bibendum Ei dederant milites, Christus moribundus *primum* quidem exclamavit *Tetelestai*

*τραί*, deinde vero, exiguo temporis momento elapso, quum in eo esset ut moreretur, alta voce illud enunciavit verbum, quod Lucas retulit. Quo sumto faciliter intelligitur, *tum* quare Lucas eam potissimum vocem, quam magno clamore Christus enunciasset, commemoraverit, *tum* quare Joannes illud *Τετέλεσται*, omni animadversione dignissimum servaverit, relatum vero jam a Luca dictum silentio praetermisserit<sup>1)</sup>. Nulla igitur causa est, quare hanc ultimorum Christi dictorum originem mythicam cum Straussio effingamus: „Dem Lukas,” inquit, „scheint die für das „Sterben Jesu gewöhnliche Formel: παρέδωσε τὸ πνεῦμα, zu einer ausdrücklichen Uebergabe des Geistes „an Gott von Seiten Jesu geworden zu sein, und mit „Rücksicht auf die Stelle Ps. 31, 6 (LXX): (νύκτι) „εἰς χεῖράς σου παραθήσομαι τὸ πνεῦμα μου — eine „Stelle, die sich wegen der genauen Aehnlichkeit „dieses Psalms mit dem 22<sup>ten</sup> leicht darbot, sich zu „jenem Ruf ausgebildet zu haben. Wogegen der Ver- „fasser des vierten Evangeliums mehr aus der Situa- „tion Jesu heraus ihm einen Ausruf geliehen zu haben „scheint, indem er ihn durch das *τετέλεσται* die Voll- „endung seines Werkes, oder die Erfüllung sämmtli- „cher Weissagungen (mit Ausnahme natürlich des- „sen, was sich erst noch in der Auferstehung vollen- „den und erfüllen sollte) aussprechen lässt.”

Denique verbo monendum est de omnibus Christi dictis junctim consideratis. Namque non sufficit

1) Vid. Ebrard I. l. p. 694.

Straussio, hostilia sua tela in singula Jesu dicta conjecisse; sed tandem conatur uno quasi ietu cuncta profligare. Scilicet ad finem suae disputationis de permissionum, quas Christus tulit, προστάσει haec monet <sup>1)</sup>: „Doch nicht bloss diese letzten, sondern auch „schon die früheren Reden Jesu am Kreuze lassen „sich nicht so, wie man gemeinlich glaubt, inein „ander schieben. Man zählt gewöhnlich sieben Worte „Jesu am Kreuze: allein so viele hat kein einzelner „Evangelist, sondern die beiden ersten haben nur „Eines: den Ruf Ηλι, ηλι, ο. τ. λ.; Lukas hat drei: „die Bitte für die Feinde, die Verheissung an den „Mitgekreuzigten, und die Uebergabe des Geistes in „des Väters Hände; Johannes hat gleichfalls drei, „aber andere; die Anrede an Mutter und Jünger, das „διψῶ, und das τετέλεσται.“ Cui tamen ratiocationi, quaenam insit vis ad impugnandam verborum a Christo enunciatorum authentiam, equidem non perspicio. Quid? nonne unus Evangelistarum tradere potuit, quae alter silentio praetermisit? Nonne unus relata ab altero supplevisse cogitari potest? Num illud unice pro vero est habendum, quod omnibus est commune? Fuissetne Straussius cunctorum verborum agnitus authentiam, si omnes singulique eadem septem Christi dicta retulissent Evangelistae? Nonne clamasset: En documentum deliberati, quod secum invicem in conscribendis hisce dictis, inierunt consilii, luculentissimum? — Ast vero praeципua, quare his verbis authentiam deneget Straussius, causa in eo sita est

---

1) I. l. p. 553 sq.

quod, ipso judice, nullo Christi verba justo ordine disponi possint. Addit enim haecce <sup>1)</sup>): „Hier liessen „sich die Fürbitte, die Verheissung, und die Anempfehlung der Mutter wohl in solcher Aufeinanderfolge denken: aber das διψῶ und das γλ̄l verwickeln „sich bereits, indem nach beiden Ausrufungen das „Gleiche, die Tränkung mit Essig durch einen auf „ein Rohr gesteckten Schwamm, erfolgt sein soll. „Nimmt man hiezu die Verwicklung des τετέλεσται „und des πάτερ κ. τ. λ. so sollte man wohl einsehen „und zugestehen, dass keiner der Evangelisten bei „den Worten, welche er Jesu am Kreuz in den Mund „legt, auf diejenigen, welche der andre ihm leiht, „gerechnet, und von denselben etwas gewusst habe; „vielmehr malt diese Scene jeder auf seine Weise, „je nachdem er oder die ihm zu gebot stehende Sage „nach dieser oder jener Weissagung oder sonstigen „Rücksicht die Vorstellung von derselben ausgebildet „hatte.” Ad quae tamen non est quod jam responderemus, quippe quae satis superque refutata esse arbitremur iis, quae de ordine, quo Christi dicta disponenda sint, antea disputavimus <sup>2)</sup>. Praoclare omnino Da Costa <sup>3)</sup>): „Zeven woorden,” inquit, „heeft „de Zaligmaker uitgeroepen aan het kruis. Geen der „Evangelisten heeft die alle opgenomen; elk daaren tegen een of meerdere, naarmate het verband met „de geheele richting en aanleg van zijn geschrift. —

1) l. l. p. 554.

2) Vid. pag. 81 sqq.

3) l. l. pag. 384.

„Matthéus heeft het woord der hoogste lijdens-  
 „smart, het zielslijden, de verlating, in eenen uitroep,  
 „die ons geheel op *prophetisch* grondgebied plaatst; het  
 „zijn de eerste woorden uit dien 22<sup>sten</sup> Psalm, van wien  
 „een kerkvader in ernst en in waarheid, Strauss  
 „van op de bank der spotters, maar toch geheel in  
 „den geest van zijn mythisch stelsel gezegd heeft: dat  
 „in denzelven geheel het lijden van den Heiland uit-  
 „gedrukt ligt. — Wij zagen bij Markus alleenlijk de  
 „herhaling van datzelfde woord, maar met de letter-  
 „lijke naauwkeurigheid van tongval en uitspraak <sup>1)</sup>. —  
 „Lukas heeft, behalve het woord van barmhartig-  
 „heid en genade aan den boetvaardigen moordenaar,  
 „ook nog het eerste en laatste der zeven woorden,  
 „beide aanvangende met de toespraak: *Vader!* (vs. 34  
 „en 46). — Johannes eindelijk heeft het woord der  
 „tederst zorgende liefde (vs. 26, 27), — dat der  
 „laatste prophecyvervulling (vs. 28), — dat des tri-  
 „umfs wegens het volbrachte offer- en zaligingswerk  
 „(vs. 29): *Tetelestai!*

1) Vidd. tamen quae de his monuimus pag. 10.

## CAPUT II.

### *Ipsius momenti Apologetici expositio.*

Remotis dubiis, a Straussio maxime allatis ad impugnandam verborum, quae Christus de cruce pendens locutus fuit, authentiam, atque adeo ad rejiciendam hanc vitae Ejus partem, jam progrediamur ad ipsius momenti *Apologetici*, quod Jesu dictis inesse arbitramur, expositionem. Quae ut rite procedat, habenda ratio videtur, *tum* ipsorum Christi verborum, *tum* reliquae Ejus vitae.

## SECTIO I.

### *Momenti Apologetici expositio, habita ratione ipsorum Christi dictorum.*

*Primum* igitur ipsorum dictorum rationem habeamus, ut illorum authentia atque adeo hujus vitae Christi partis veritas in luce ponatur. Quod ut fiat, consideranda sunt *tum* argumentum verborum, *tum* eorum forma, *tum* vero etiam ratio, qua tradita sunt. Ordiamur ab ultimo; ut deinde ad alterum progrediamur, tandemque ipsum dictorum argumentum, quod hac in causa longe gravissimum est, exponamus.

## § 1.

*Ratio, qua Christi dicta Evangelistae tradiderunt.*

Videamus igitur *primum* de ratione, qua Christi dicta Evangelistae tradiderunt.

Ac *primum* quidem hic in censem venit *diligentia*, qua scriptores laudata Christi verba litteris manda-  
runt. Diligentiam autem cum dicimus, eam Histori-  
corum virtutem significamus, quae cernitur „in accu-  
„rata rerum descriptione, qua partes, ad factum in-  
„telligendas necessarias notant, et, quoties opus est,  
„commemorant, quo tempore et loco, quo ordine et  
„ratione, quibus praesentibus res gestae sint“<sup>1)</sup>). Quae  
diligentia, ut in reliqua Jesu vita, ab Evangelistis  
conscripta, conspicua est, ita in ultimis quoque Christi  
de cruce pendentis dictis ab iis traditis, est observanda.  
Nullum enim eorum commemorant, nisi addito vel  
tempore, vel opportunitate, qua singula Christi ver-  
ba fuerint enunciata. Sic Lucas haud obscure in-  
dicat, precatum fuisse Christum pro inimicis eo ipso  
tempore, quo cruci affigebatur; nam scriptis hisce:  
Ἐκεῖ ἐσταύρωσαν αὐτὸν, καὶ τοὺς ναυποληγούς ὅν μὲν ἐν  
δεξιῶν, ὅν δὲ ἐξ ἀριστερῶν, continuo addit: ὁ δὲ Ἰη-  
σοῦς ἔλεγε Πάτερ, ἄφες αὐτοῖς· οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσι·  
(Cap. XXIII: 34). Sic ejusdem accusationi notitiam  
debemus opportunitatis, qua memorabile illud dictum  
Jesus enunciaverit: Ἐμὴν λέγω σοι, σήμερον μετ'

1) Verba sunt Cl. Heringa in *Intr. in l. l. N. T. Ms. P. I.*  
*Cap. VIII. § 3.*

έμοι ἐσῆν ἐν τῷ παραδείσῳ (vs. 43). Imo ipsam ille horam indicat, qua Christus moribundus, precibus ad Patrem suum fusis, animam efflavit: ήν δέ ωσει ὥρα ἑκτη, καὶ σκότος ἐγένετο ἐφ' ὅλην τὴν γῆν, εῶς ὥρας ἑννάτης — καὶ φωνήσας φωνῇ μεγάλῃ ὁ Ἰησοῦς εἶπε (vs. 46) κ. τ. λ. Eadem observamus diligentiam in caeterorum Evangelistarum narrationibus. Namque et̄ Matthaeus et̄ Marcus quam accuratissime tradunt, cum qua hora lugubrem illam vocem: Ἡλι, ἡλι κ. τ. λ. sustulerit Jesus: Ἀπὸ δέ ἑκτῆς ὥρας σκότος ἐγένετο ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν ἔως ὥρας ἑννάτης. Περὶ δὲ τὴν ἑννάτην ὥραν ὀνειρόθεν ὁ Ἰησοῦς φωνῇ μεγάλῃ, λέγων· Ἡλι, ἡλι κ. τ. λ. Mt. XXVII: 45, 46. coll. Mc. XV: 34-36, tum quamnam hic ipse clamor vim habuerit in nonnullis cruci adstantibus: Τινὲς δέ τῶν ἐκεῖ ἐστώτων ἀκούσαντες, ἔλεγον· οὗτος Ἡλίου φωνεῖ οὗτος. Καὶ εὐθέως δραμὼν εἰς αὐτῶν, καὶ λαβὼν σπόγχον, πλήσας τε ὀξους καὶ περιθεὶς καλάμῳ ἐπότιζεν αὐτόν. Οἱ δὲ λοιποὶ ἔλεγον· ἄφες, ἴδωμεν εἰ ἔργαται Ἡλίας σώσων αὐτόν. Ioannes itidem accurate tum opportunitatem tradit, qua Jesus et̄ matrem suam et̄ discipulum, quem diligebat, affatus fuit: Εἰστηκεισαν δέ παρὰ τῷ σταυρῷ τοῦ Ἰησοῦς ἡ μῆτρος αὐτοῦ καὶ ἡ ἀδελφὴ τῆς μητρὸς αὐτοῦ, Μαρία ἡ τοῦ Κλωπᾶ, καὶ Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ. Ἰησοῦς οὖν ἴδων τὴν μητέραν καὶ τὸν μαθητὴν παρεστῶτα, διν ἡγάπα, λέγει τῇ μητρὶ αὐτοῦ γένεται κ. τ. λ., tum obsequium, quod Magistri mandato praestitit: καὶ ἀπὸ ἑκείνης τῆς ὥρας ἔλαβεν ὁ μαθητὴς αὐτὴν εἰς τὰ ἴδια (Cap. XIX: 25-27). Idem narraturus, Christum διψῶ exclamasse, et̄ hanc temporis notam praemittit: Μετὰ τοῦτο,

et accuratissime rationem refert, qua sitienti Jesu milites Romani potum porrexerint. Idem denique gravissimum illud verbum: *Τετέλεσται!* cum lectoribus communicaturus, non negligit ipsum temporis punctum annotare, quo hocce Christus enunciavit: ὅτε οὖν ἔλαβε τὸ δόξον ὁ Ἰησοῦς εἶπε καὶ τούτῳ. E quibus satis superque patet, magnâ Evangelistas diligentia novissima Christi verba referre: quod multum omnino facit *tum* ad fidem iis conciliandam, *tum* ad ipsorum dictorum veritatem comprobandam. Cujus rei animadversio eo majoris est facienda, quoniam patet, Evangelistarum *diligentiam* minime artificiosam esse aut doloram. Nam quod itidem in reliqua Jesu vita ab iis tradita, obtinet, saepe eos „notationem,” quam laudavimus, „omittere aut crassius locorum temporumque adjuncta commemorare: nec raro silentio „praetermittere res, quibus referendis facillime potuisse sententia curiositati satisfacere”<sup>1)</sup>), idem apparent in ratione, qua novissima Christi dicta tradidere. Ita Lucas et Joannes paulo crassius tempus notant, ille in *primo* Christi dicto referendo Cap. XXIII: 34, hic in *penultimo* Jesu verbo tradendo Cap. XIX: 28; singulique Evangelistae nonnulla Christi dicta silentio praetermittunt, quae tamen bene eos novisse non possumus non statuere. — Quod ipsum nos dicit ad exponendam alteram virtutem, in hisce Christi dictis ab Evangelistis traditis, conspicuam.

Est autem altera illa virtus, quam significamus,

---

1) Verba sunt Cl. Heringa l. l.

*simplicitas*, quae ab aliis aliter describitur<sup>1)</sup>). Nos eam intelligimus, quae nullam nisi rei nude referendae curam habet. Haec autem ut in reliqua Jesu vita, ab Evangelistis conscripta, ita et in novissimis Ejus verbis, ab iis traditis, est conspicua. Nam, quod *primum* monendum, non omnia singuli Evangelistae Christi verba retulerunt; unde recte efficitur, nullo eos deliberato ductos fuisse consilio, in hac vitae Jesu parte conscribenda; sed unumquemque pro sua simplicitate ea tantummodo notasse, quae cum ipsius maxime indole consiliisque convenienter, atque ipsius attentionem in primis excitarent. Quid? quod eorum narratio, hac simplici scribendi ratione, pugnae specie atque hiatu laborat, quae evitari facile potuissent. Ita Matthaeus et Marcus, ut vidimus, unum tantummodo Christi dictum literis mandarunt; quis autem sibi persuadeat, caetera Jesu verba eos ignorasse?

1) Vid. Ernesti *de fide historica recte aestimanda*, in *Opuscc. Phil. Crit.* p. 64 sqq., qui p. 90 ejusmodi innuit simplicitatem »quae »exprimat et indicet animum, ab omni vanitate et cupiditate, odio, »adulatione, aliisque, quae sunt veritatis vel pervertendae vel occul- »tandae, liberum.“ Cf. Griesb. in Disp. *de fide historica ex ipsa rerum natura judicanda*, in *Opuscc. Acad. a Gablero ed. T. I.* p. 180. qui »ad ipsum etiam scribendi genus,“ inquit, »quo quis in »narrando usus est, attendere debemus. Nam gravi atque simplici »ratione, persequi solent historiarum scriptores ea, de quorum veri- »tate ipsi firmiter persuasi sunt; in iis vero exponendis, quae etsi »ipsis dubia ac falsa videntur, aliis tamen pro veris obtrudere volunt, »plerumque declamatorio quodam atque sophistico dicendi genere »utuntur, quod ad persuadendum magis est accommodatum, quam ad »plenam atque certam fidem faciendam.“ et Morus in *Defensione narrationum N. T.* quae invenitur in ejus *Diss. Theoll. et Philologg.* Vol. I. p. 30—49.

Imo vero uterque refert, clamore magno sublato,  
 Jesum animam efflasse: unde sequitur, novisse illos  
 alia etiam Conservatorem moribundum locutum fuisse,  
 quod in refutandis Straussii dubiis jam monuimus.  
 Sic pugnae species obtinet inter Lucam et Joannem,  
 qui uterque novissimum Christi dictum, sed  
 diversum tradere videtur: quae tamen non nisi pugnae  
*species* est, facile tollenda, ac nihil quicquam valens  
 ad Scriptorum *αξιοπιστιαν*, dictionumque authentiam  
 impugnandam; quod antea jam observavimus. Pugnae  
 species itidem obtinet in ordine, quo Christi dicta  
 ex conjuncta Evangelistarum narratione disponenda  
 videantur. Sed hanc quoque facile tolli posse, ostendimus.  
*Deinde* nullam suis narrationibus confirmatio-  
 nem quaerunt, nulla testimoniorum auctoritate fidem  
 sibi conciliant, sed pro sua simplicitate, nude tantum-  
 modo Christi dicta referunt, quippe consci de ve-  
 ritate eorum, quae tradebant, satisque securi de le-  
 ctorum assensu. *Porro* obscuriora Christi dicta mi-  
 nime interpretantur, sed nude referunt, nulla addita  
 explicatione: sicuti observandum est in difficillimo illo  
 verbo, quod Matthaeus et Marcus literis manda-  
 runt. Qualem autem quantamque hoc vim habeat ad  
 historicam alicujus Scriptoris fidem, nullam narrandi  
 artem sectantis, sed candide et sincere referentis, com-  
 probandam, quis est qui non persentiscat? *Tum* ea  
 quoque dicta Christi referunt, quae minus honorifica  
 Ei videantur. Sic Matthaeus et Marcus lugubrem  
 illam vocem: Ἡλι, ηλι κ. τ. λ. annotarunt, nihil quic-  
 quam addito, quo Christi honor vindicetur. Facile  
 autem haec ipsa vox eo ducere posset lectores, ut de

animi magnitudine dignitateque Christi dubitarent. Sed hujus rei nullam Evangelistae curam habent, nude referentes, quae Jesum dixisse neverant, minimeque metuentes, ne ex candide tradita historiae veritate Magistri honos macularetur: quod sane magnum est pro eorum *ἀξιοπιστία*, adeoque pro dictorum veritate, pugnans argumentum. Idem valet de verbo, a Joanne tradito, quo Sospitator de *siti* sua questus fuit. Denique nullo nomine laudata simplicitas, qua conspicui sunt Evangelistae in referendis novissimis Jesu verbis magis eluescit, quam hoc, quod nullibi Christum de cruce pendentem, tamque praeclara dicta enunciantem, celebrandi opportunitate utantur. Et tamen haud unam ea dicta opportunitatem praebebant, summis Magistrum efferendi laudibus, cuius ut omnis vita antecedens nulla non virtute conspicua fuerat, ita et ultima dicta tam admirabilem atque unicam plane sanctitatem manifestabant, qua majorem ne cogitatione quidem assequi possimus. Cogitemus hic luculentissima, quae Christi dictis insunt, *pietatis, amoris, misericordiae, patientiae, potentiae, prudentiae, scientiae, fiduciae* in Deum repositae, documenta: in quibus tamen referendis ne semel quidem in Christi laudes excurrunt, imo vero ne verbo quidem ad Ejus animi magnitudinem attendere lectores jubent. Omni omnino sublimitatis sensu destitutus sit necesse est, qui non incalescat, Christum audiens, dum cruci affigebatur, hanc vocem efferentem: *Πάτερ, ἀφες αὐτοῖς οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσι.* Quam hic se extollere ac jactare potuisset *Lucana* narratio de Domino, qui insons crudelissimo afficiebatur supplicio, pro sontibus ipsum

trucidantibus, ejusmodi preces fundente! Ante oculos nobis ponamus flebilem illam scenam de Maria Iesu matre crucique adstante, Joanni commendata: quae ipsa jam ob suminam, qua traditur, simplicitatem, veri notas minime dubias p[ro]ae se fert. Quodsi autem ad ipsa Christi verba attendimus, singulari remque Ejus erga matrem pietatem suspicimus, quam sese hic efferre potuisset Joannis oratio! At vero nullis ille rem, quam tradit, amplificat verbis, nude scribens: *'Ιησοῦς οὐντις ἰδὼν τὸν λόγον τοῦ Ιησοῦ*. In memoriam nobis revocemus sublimiorem etiam scenam de latrone, quem Christus consolatur! Quantus hic elucescit amor, quanta potentia, quanta sapientia, quanta divina prorsus majestas, juncta illa cum infima humilitate! At vero Lucas sublime illud Christi effatum nude refert, nihil quicquam addens ad Sponsatoris laudes celebrandas. Quid? quod omnes Evangelistae praeclera Christi dicta ita enarrant, ut quanta in ipsis dictis magnitudo, tanta in scribendi ratione insit tenuitas. — Quae cum ita sint luce clarius apparet, id consilii tantum sibi proposuisse Evangelistas, quod nudam verborum, quae Christus de cruce pendens extulerit, enarrationem complecteretur, nulloque eos ductos fuisse studio, Magistri sui honores extollendi. Haec igitur simplicitas pro eorum fide historica; haec pro Iesu dictorum authentia atque adeo pro hujus vitac Ejus partis veritate, quam maxime pugnat<sup>1)</sup>.

---

1) Cf. *Diss. laud. Doct. de Jongh*, Cap. II. p. 41—67.

## § 2.

*Dictorum forma.*

Sed dicendum etiam est de *dictorum forma*. Quid autem unicuique, ea relegenti, citius in oculos incurrit, quam hoc, quod *primum* monendum videtur, *brevia* illa esse ac *numero pauca*? Sunt enim non nisi *septem* numero, singulaque paucissimis constant verbis. Quod quantum faciat ad vindicandam eorum *authentiam*, quis est, qui non persentiscat? Non dicimus jam de Scriptorum simplicitate, in hac verborum Christi brevitate ac paucitate conspicua; nam de ea modo monuimus, quum exponeremus rationem, qua Christi dicta ab Evangelistis tradita sunt. Sed hoc volumus, ejusmodi dicta *brevissima* ac *numero pauca* facillime ab auditoribus accipi, memoriaeque infigi atque asservari potuisse. Quod ad alios bene multos Christi sermones attinet, quos commemorarunt Evangelistae, longiores illos amplioresque, e. g. Matth. V-VII. XIII. XXIV. XXV. Luc. XV. Joan. X. XIV-XVII. all., de his quaerere fortasse non sine causa quispiam posset, quo tandem modo *ad verbum* èt memoriae mandari, èt scripto consignari potuerint. Idem quaeri posset, si Christus de cruce pendens multa locutus fuisset, atque Evangelistae literis ea mandassent. Jam vero ejusmodi quaestio locum habere nequit; nam brevissima illa et paucissima Christi dicta facillime èt accipi èt servari potuerunt.

*Deinde* optimi Sospitatoris dicta *cum rerum adjunctis*, in quibus versabatur, dum ea enunciabat, ar-

*ctissime juncta erant:* quo itidem quam facillime memoriae infigi atque asservari potuerunt. Ita animum subire sponte debuerunt sublimes illae preces, quas Jesus cruci affixus fuderat pro imicis, quum horrendam illam horam cogitarent, quā amantissimus Magister dirissimo supplicio fuerat affectus. Ita non potuit non Joanni ob mentem versari flebilis illa scena, quum una cum Jesu matre cruci adstaret; quam cum repeteret, ultiō in memoriam ei redire debuerunt gravissima illa dulcissimaque verba, quibus Jesus ēt ipsum ēt matrem suam fuerat allocutus. Ita haud facile auditorum spectatorumque memoriā excidere potuit praecleara illa perpessiōnum Jesu *περιστάσις*, quam Lucas commemoravit, tradens, alterum quidem latronum, una cum Christo cruci affixorum, Eum calumniatum esse, alterum vero sincera fide supplicem Eum adiisse, Messiamque professum esse: quam cum in memoriam sibi revocarent, non potuerunt non divinum etiam illud Christi responsum recordari, quo peccata confidentem fuerat consolatus. Quodsi reputamus, quo temporis puncto flebilis illa vox, qua a Patre se derelictum questus fuerat Christus, edita fuisset, evanescentibus scilicet horrendis istis tenebris, quae ipsa meridie fuerant obortae, quaeque una cum terrae motu, qui mox sequebatur, tantam certo vim in Apostolorum habuerant animis, ut haud facile hanc perpessionum *περιστάσιν* oblivisci possent, nihil mirum profecto, querulam illam Jesu vocem alta mente iis sedisse repostam. Ita et quae in ipso mortis articulo optimus Magister locutus fuerat, non potuerunt non memoriae infigi atque asservari. Quid? quod,

negata dictorum Christi veritate, negandae quoque sunt omnes illae περιστασεῖς, quibuscum arctissime juncta erant. Quod non est ut de singulis Jesu dictis probemus. Quis enim non videt e. c. cum verbis ad Mariam et Joannem dictis, omnem itidem commendationem matris a Jesu factam esse rejiciendam? Quis non perspicit, verba ad latronem conversum facta negari non posse, nisi cuncta de utroque latrone relata ad fabulas referas? Ita et, rejecta querula illa voce: 'Ηλί, ηλί καὶ λ., omnis etiam rejicienda est inde orta Jesu irrisio. Quae cum ita sint, arctissima necessitudo, quae Christi dictis cum perpessionum περιστάσεσι intercedit, hanc quoque ob causam valet ad fidem Evangelistis conciliandam. Quod nemo quisquam, nisi *Straussianaे àtuorū* deditus, facile negabit.

*Porro* haud unum Christi dictum vel e Prophetarum scriptis derivatum erat, vel cum vaticiniis de Messia editis conveniebat. Prius valet de *quarto* et *septimo* Christi dicto; posterius de *primo* et *quinto*. Apostoli autem *Judaei* erant, dicendi rationi, in V.T. libris exhibitae, assucti. Itaque hoc quoque conferre debuit, ut Christi verba facillime memoriae mandare et cum aliis communicare potuerint.

*Denique, ultima* Christi de cruce pendentis verba fuere, de quibus agimus. Quis autem est, qui ad ultima amici *moribundi* verba animum non animadvertiscat? Ad haec arrectis auribus attendit, nullum horum negligit, haec versat in pectore fixa; haec aliis cum amicis summa saepe religione communicat. Jam vero, Apostoli Christum è optimum Magistrum, è amicum integerrimum, è Messiam Patribus pro-

missum, èt Conservatorem unicum habebant. Quae cum ita sint, non possumus non statuere, omnem eos animum ad novissima Jesu dicta advertisse, eaque alte memoriae infixa, cum aliis religiose communicasse.

## § 3.

*Dictorum argumentum.*

Pervenimus ad ipsum dictorum Jesu argumentum, quod hac in causa longe gravissimum esse, antea monimus. Quum igitur *tum* e ratione, qua Christi dicta tradita sunt, *tum* ex illorum forma jam apparuerit, quantum sit illorum momentum *Apologeticum*, ex ipsius argumenti expositione magis etiam, ni fallor, patebit, quantopere haec Jesu dicta valeant ad hanc vitae Ejus partem vindicandam. Eiusmodi enim imaginem novissima Christi dicta conspiciendam nobis praebent, cuius ea est sublimitas ac magnitudo moralis, ut neque ab Evangelistis, neque a coetu Christianorum primaevi fingi potuerit. Quod igitur alii èt olim èt nostris maxime temporibus egerunt, qui universe sanctissimam Christi indolem vitamque ab Evangelistis descriptam exponendo, probare conati sint illorum fidem historicam<sup>1)</sup>, idem nos nobis proposuimus, ha-

1) Vidd. J. A. Turrettinus, *Operum Omnia* T. I. p. 316. (ed. Leovard. A. 1774), Palejus, *Overzicht van de bewijzen voor het Christendom*, T. II. p. 87 sqq. (ed. Belg.). Broes, in *Oratt. ss. in pr. T. II.* p. 48 sqq. Borger, *de constanti et aequabili J. C. indole, doctrina ac docendi ratione caett.* Krummacher, *Hist. en aesthet. beschouwing van den geest en form der Evangelische geschiedenis*,

bita ratione novissimorum Christi dictorum. Agedum igitur *primum singula illa dicta spectemus; deinde ea secum invicem collata, junctimque considerata contempleremur.*

At vero continuo quispiam fortasse dicat: quid agis? Num ex illo dicto, quo a Patre derelictum se questus est Christus, animi Ejus magnitudo elucescit? Num Ejus *ἀραιαρτησία* hic potest vindicari? Audio, nec ignoro, fuisse qui illud Christi verbum ita interpretationi sint, ut justus propositique tenax non amplius dici posset. Sed respondemus, accepta interpretatione hujus dicti, antea a nobis exhibita, nihil quicquam illud continere, quod cum Christi *ἀραιαρτησίᾳ* pugnet; imo vero ex hoc etiam verbo recte intellecto, animi magnitudinem, qua Christus excelluit, quam luculentissime effici posse. Quid enim? num abjectum hic prodit animum, quum in dirissimis perpessionibus gravissimoque dolore, ad Deum, ut *suum* Deum, precibus configiat? Invocasse autem Eum id temporis Dei auxilium, et rogasse, ut mox cruciatibus morte liberaretur, nemo mirabitur qui reputet, *tum* perpessiones, quas Christus subibat, summum eo tempore attigisse fastigium, *tum* ipsum scivisse, brevi post ex Patris voluntate doloribus suis morte finem impositum iri, *tum* vero etiam fudisse Eum hasce preces non tan-

---

inpr. T. II. § 99 sqq. E. G. Winkler, *Versuch einer Psychographie Jesu* Leipz. 1826 p. 1 sqq. omnes laudd, a de Jongh in laud. Diss. p. 2 sq. Quibus adde prae caeteris: Ullmann, *Ueber die Sündlosigkeit Jesu, et: Historisch oder Mythisch? Beiträge zur Beantwortung der gegenwärtigen Lebensfrage der Theologie.*

tum summa cum fiducia, verum etiam cum intima animi submissione. Si autem verum est, quod est verissimum, magnitudinem moralem in eo in primis cerni, qui, quum summo ardore voti sui compos fieri cupit, suam tamen voluntatem Dei voluntati plane submitat, omnino verba deficiunt, quibus Christi laudes juste celebrentur, quippe qui, licet tenerissimo, quo praeditus erat sensu, ardentissime euperet aerumnis suis liberari, hanc tamen liberationem, post exantlatos demum gravissimos dolores, a Deo supplex flagitaverit. Porro ista, quam nonnulli inter Christum atque martyres instituerunt comparatio, ab omni parte claudicat. *Primum* enim quis nescit, laetitiam illam, qua multi olim martyres dirissima quaeque subierint, haud semel vel perverso gloriae studio, vel entusiasmo cuidam, cui natura humana perfecta repugnat, attribuendum esse. *Deinde*, quod antea me monere memini, conditio, in qua Christus versabatur, plane singularis erat, quippe qui, ut Sospitator mundi, pro hominum peccatis, dirissima quaeque pateretur mortemque subiret, ita ut nemo martyrum cum Eo possit comparari. Imo vero, quod *ultimo loco* observamus, haec ipsa lamentabilis Christi vox facit ad magnitudinem Ejus augendam, eamque nobis ante oculos ponendam imaginem, quam omni admiratione dignissimam dicere nulli dubitamus. Hac enim voce de *se ipse* questus est. Jam vero quaerimus, num naturae humanae, num Christo, homini perfectissimo, magis conveniens fuisset, si in tot tantisque, quas ferebat, perpessionibus, nullam de iis querimoniam emisisset? Non Stoica virtus erat, qua gaudebat. Naturae suae hu-

manae haudquaquam vim inferebat. Acutissimum dolorum, quos patiebatur, sensum non opprimebat, sed candide manifestabat. Gaudemus igitur questum Eum esse de *se ipso*, dum de cruce pendebat, quoniam hoc quoque confert ad sublimem Ejus imaginem nobis informandam, omnibus suis numeris absolutam; rationemque sic concludimus: quum haec lugubris Christi vox ab una quidem parte minus honorifica Ei videri possit, ab altera vero parte faciat ad magnitudinem Ejus moralem augendam, recte statuitur, Apostolos primaevosque Christianos nec *voluisse* nec *potuisse* eam fingere.

Quod ultimo loco diximus, valet in primis de *precibus*, quas Christus, referente Luca, pro inimicis fuderit. Omnino talis, qualis hisce precibus Jesu informatur imago, neque ab Apostolis neque a coetu Christianorum primaevi fangi potait. Quanta hic elucessit animi magnitudo! Magnum sane est, mediis in vehementissimis perpessionibus, quibus injuria oppressus es, non orationem, tuam testificantem indignationem, sed preces fundere; majus est *Patris* nomine, adeoque summa cum animi fiducia Deum invocare; maximum est tui ipsius oblivisci ac pro inimicis, quos beneficiis cumulasti, Deum Patrem precari. Quid igitur de Christo dicamus, qui non tantum dirissimas, quibus insons afficiebatur, aerumnas patienter tulerit, sed precari etiam potuerit? Quales autem preces fudit? Pro se ipso? Imo pro aliis? Pro amicis? Imo pro inimicis, quos per omnem vitam summis affecerat beneficiis! Quantus amor! quanta

benevolentia! quanta misericordia! quantum homines servandi studium! Amorem sui fere negligens, non se ipse cogitat, sed alios, sed eos, a quibus cruci affigitur, ut qui perdere ipsum velint, non pereant, sed sempiternum conserventur. Haeccine igitur imago, quam summa cum admiratione suspicimus, facta esset vel ab Evangelistis, vel a primaevi Christianorum coetu? „Wer einen solchen Character” jam hic affirmare cum Cl. Ullmanno haud dubitamus<sup>1)</sup>, „ein „solches Urbild hätte erzeugen können, müsste selbst „diese Seelenhoheit besessen haben, wenn wir leugnen „wollen, dass er sie in einem andern lebendig anschaut. Wir müssen die geistige und sittliche „Grösse Jesu auf seine Geschichtschreiber übertragen, wenn wir sie ihm selbst absprechen.” caett. Quod magis etiam valet, si reputemus ipsam talis erga inimicos amoris, qualem Christum manifestasse vidimus, notionem antiquitus ignotam fuisse. Constat hoc de gentibus, singulari patefactione divina destitutis; constat itidem de Judaeis, quibus hoc injungi solebat: Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου, καὶ μισήσεις τὸν ἐχθρόν σου.<sup>2)</sup> Itaque quaerimus: unde vel Evangelistae vel primaevi Christiani hanc notionem duxerunt, ut ea adhibita Jesu imaginem delinearent, nisi statuas, eam vere in Christo cruci affixo ipsos conspexisse? Etenim non est quod existimemus, sumtam eam esse ex Jesaiæ vaticinio, quod antea monuimus. Praeterea, quo tandem modo vel Apostoli vel

---

1) in I. die Sündlos. Jesu, p. 44.

2) Matth. V: 43a.

Christiani primaevi, qui dirissimis saepe a Judaeis afficiebantur cruciatibus, quod in profitendo Jesu nomine perseverarent, haec Christo pro inimicis precanti adscriptisissent: *οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσι?* Denique provocamus ad preces, quas, referente itidem Luca (Act. VII: 60), pro inimicis, lapidibus eum obruentibus, adhibuerit Stephanus: *Κύριε, μή στηγάγῃς αὐτοῖς τὴν ἀμαρτίαν τωντὴν,* atque cum Doct. van Oosterzee rogamus: „Kunnen wij den ster-venden Stephanus die roerende bede hooren ont-boezemen: „Heer! reken hun deze zonde niet toe,” „zonder onwillekeurig te vermoeden, dat hem ook „hier het beeld des Heeren zal hebben voor den geest „gestaan, van wien wij lezen, dat hij ook eenmaal „aan het kruis voor overtreders gebeden had? En „kunnen wij Petrus het aan de Joden hooren ver-„klaren: „ik weet broeders! dat *gij* het in onwetend-„heid gedaan hebt, gelijk als uwe Oversten,” zonder „ons te herinneren, dat de Heer het ook van hen „verklaard had: „*zij* weten niet wat *zij* doen?” 1).

Gratissima, quibus Jesus matrem suam Joanne mque discipulum allocutus esse dicitur, verba hanc unam veri notam sibi impressam habent. Imo vero tota scena, ad quam pertinent, ejusmodi est, ut historica ejus fides minime in dubium vocari possit. Convenit enim plane et cum Mariae, Jesu, Joannis que indole aliunde cognita, et cum intima, quae inter tria haec capita dilectissima extiterat, necessitudine.

1) I. l. p. 492 sq. Cf. et 1 Cor. II: 8.

Maria filium summo prosecuta fuerat amore ac veneratione. Quid mirum igitur, deserere eam non potuisse amantissimum hunc filium, Ejusque cruci adstisset, donec ipse Jesus eam adhortaretur ut *Golgotham* relinquenter? Jesus itidem matrem intime dilexerat. Quid igitur Ejus indoli convenientius, quam quod de cruce Eam conspiciens, dulcissimis verbis matrem consolaretur, ejusque curam gereret? Joannes denique toto ex animo Jesus amabat, nec potuit non Mariam diligere. Cuinam igitur, nisi huic discipulo, matrem suam Jesus commendasset? Sed haec aliaque, quae huc referri possint, mittimus, quippe alibi jam disputata<sup>1)</sup>. Hoc maxime urgemos, ab altera quidem parte haud unâ Christi imaginem, quam tum omnis hacc scena, tum vero etiam ipsa Jesus verba informant, virtute lucere, ab altera vero parte totam hanc rem ejusmodi esse, ut Christo non indigna quidem, attamen cum Conservatoris persona, pro mundi peccatis quaevis dira patientis, ipsamque mortem subeuntis, minus conveniens videri possit. Omnino suspicimus summa cum admiratione optimum Sospitatem sapientissima ratione in istiusmodi rebus adjunctis matrem consolantem, ejusque curam gerentem. Idem vero quaerimus: quid, quaeso, inducere potuit vel Evangelistas vel Christianos pramaevos, ut mundi Conservatorem, dum hominum peccata expiabat, ita matrem suam discipulumque alloquentem informarent? Adde, Mariam, teste historia, Joannis usam fuisse contubernio, quo egregie confirmatur

1) Vid. p. 60 sqq.

verborum veritas, quibus Christus moribundus matrem suam Ei commendasse dicitur.

Sequitur praeclara Christi *promissio latroni data*, quae suam ipsa itidem exhibit apogliam. Ejusmodi enim illa et benevolentiam, et potentiam, et vero etiam sapientiam manifestat, qualem ab Evangelistis primisve Christianis fingi potuisse, Christoque cruci affixo tribui, haud facile est creditu. Scilicet latro erat, cruci affixus, qui supplex Christum adibat; at minime tamen istiusmodi hominem negligit; contra vero, ut per omnem suam vitam solebat, ita nunc quoque datam sibi opportunitatem conservandi hominem, quam primum arripit. Arripit autem eam, quem ipse gravissimis oppressus esset doloribus. Non ea hic cernitur *benevolentia*, quae alios etiam curat; at primo tamen loco sibi ipse prospicit. Haec ita ratiocinatur: quem ipse oppressus es aerumnis, tuum non est aliorum curam gerere. Conspicua hic est illa misericordia, quae sui ipsius obliviscitur, ut aliorum comoda provehantur. Haec mundi Conservatorem decebatur: imo vero, sumta veritate supplicum verborum, quibus latro Jesum allocutus esse dicitur, non possumus non statuere, Sospitatem consolatorium ei dedisse responsum. Sed non tantum maximam hic suspicimus benevolentiam, verum etiam summam *potentiam*. Nam etsi cruci affixus, verbo tamen suo latroni supplicant Paradisi portas aperit, peccata ei remittit, aeterna eum condonat beatitudine. Profecto regia hic fulget majestate; non ea, qua suos perdere potuisset inimicos, sed qua contritum peccantis ani-

mum, salutis aeternae promissione erigeret. Nec dubitat hanc suam potentiam manifestare, audientibus ipsis Pharisacis, omniqe quae aderat hominum caterva. Adeo suae sibi conscius erat dignitatis, quam summa cum simplicitate coram omnibus pronuntiat. Sed quis sublimem, quam hic suspicimus, imaginem juste describat? Unum hoc addere juvat: tam mirificam hic adspicimus dignitatem ac potentiam, cum infima humilitate conjunctam, ut vel Evangelistas, vel primaevos Christianos ita Christum fingendo informasse, nemo, nisi omni veri sublimisque sensu destitutus, facile sibi persuaserit. Denique summa hic conspicua est Christi *sapientia*. Nam, quod supra verbo jam notavimus, latronis quidem preces, aliquatenus certe Israēlitarum opiniones de regno, a Messia his in terris condendo, id temporis vigentes redolebant; Christi vero responsum iis quodammodo oppositum erat: in quibus luculentum nobis quidem inesse videtur argumentum authentiae, Christi verbis tribuendae. Quis enim suspicari possit, tam subtiliter vel Evangelistas, vel primaevos Christianos in fingendo versatos fuisse, ut èt latronem èt Christum loquentem induixerint, utrumque ratione sibi conveniente, ac Conservatorem informaverint, summam sapientiam cum summa benevolentia potentiaque junctam, manifestantem.

Quod attinet porro ad *querelam Christi de siti*, haec quoque veri notas minime dubias sibi impressas habet. Quid enim rerum adjunctis magis est convenientis, quam vehementi Jesum siti vexatum fuisse, quippe qui èt per sex fere horas de cruce pependis-

set, et potum, quem dare Ei voluerant milites, recusasset. Deinde quid verisimilius est, quam Eum vehementem hanc, qua laboraret, sitim significasse, et significasse quidem simplicissima ratione, una hac voce adhibita: *Αψω?* Quid? quod haec ipsa querela eandem animi magnitudinem manifestat, quam saepe jam admirati sumus. Etenim, cum cruci affigeretur, porrectum Ei potum recusaverat, ne turbata mente suas subiret perpessiones. Jam vero, licet suac sibi dignitatis conscius esset, non dubitat ipse de siti queri; instare enim mortem scit sentique. Dubitat autem eo minus, quoniam potu ipsi opus erat, ut ore humectato, gravissima ea verba alta voce posset enunciare, quae mox clamasse Eum historia tradit. Quodsi autem vel Evangelista, vel primaevi Christiani opinionibus dogmaticis ducti, hanc Christo querelam tribuissent, ad ea omnia certo non attendissent. Imo vero haec Christi vox ejusmodi est, ut haudquaquam studio amplificandi Ejus gloriam duci potuerint, ad informandum Christum Dei filium, mundi Sospitorem, de siti querentem.

At eo studio fortasse ductus fuit Joannes, ut gravissimum illud: *Τετέλεσται* Christo morienti tribueret? Minime vero. Namque haec quoque vox *ἀξιοπιστίας*; notas prae se fert. Ac primum quidem in oculos nobis incurrit, nihil magis et Jesu indoli et rerum *περιστάσεοι* suisce conveniens, quam co temporis momento manifestasse mundi Conservatorem eos animi sensus, qui in hac una voce cernantur. Instabat mors; peractum erat opus a Patre Ei manda-

tum; tulerat opprobrium crucis; horrendos tum corporis, tum animi exantlaverat dolores. Quid mirum? jam Eum clamare *retulerebat!* quo gaudium de peracto suo opere manifestet, victoriamque a se reportatam, cum mundo communieet. Possamusne sumere, haec omnia cogitasse Joannem, eumque, haec animo volventem, finxisse Jesum ita dicentem? Quid? quod haec vox certo quodam nomine cum Jesu indole pugnare videtur, quippe qui ab omni gloriatione et ostentatione prorsus alienus esset, ut adeo Johannes, cui haec Magistri indoles plane cognita erat, minime cogitari posset triumphalem hanc vocem Ei adscripsisse. Imo vero tantam hic suspicimus sublimitatem, summa cum simplicitate junetam, ut fiderent negemus, vel Evangelistas, vel primaevos Christianos ita fingere potuisse, nullique dubitemus, considerata ipsa vocis indole, affirmare, mundi Sospitatorem eo temporis momento, adstante hominum multitudine, ita loqui et debuisse et vere locutum esse.

Quod ultimo loco diximus, summo jure asseverari arbitramur, habita ratione *ultimae*, quam, referente Luca, Christus de cruce pendens extulerit, *vocis*. Jam in eo est ut moriatur. Sicuti paulo ante intimum gaudii sensum manifestaverat de peracto suo opere, ita nunc animam efflatus, Spiritum suum Patri commendat. Quid? nonne perquam probabile est, in ipso mortis articulo Eum Dei cogitatione plenum fuisse, atque ita quidem plenum, ut non potuerit non intimos animi sensus pronuntiare ac manifestare? Mirabimurne, Eum, hominem, hac indiguisse conso-

latione, qua Patris tutelae Spiritum suum posset committere? Mirabimurne, summa Eum fiducia eo temporis momento et Patrem precibus adiisse et Spiritum suum Ei commendasse? Quid? quaeaso, cum Ejus indoli, *tum* rerum adjunctis excogitari potest convenientius? Imo vero, haec optima ratio erat, qua mundi Conservator vitam suam finire potuit, animam, quam omnes perditam putabant, omnibus audientibus, Deo Patri fidenter committens. Sed quid opus est plura? Ut in hac ipsa voce summam denuo suspicimus animi magnitudinem, ita nulla dari possit idonea ratio, ob quam vel Evangelistae vel Christiani primaevi Domino suo, eidemque Dei filio, ejusmodi dictum adscriperint, quod omnes pii homines, in ipso mortis articulo, proferre possent, quodque facile lectores eo adduceret, ut de divina Jesu natura potentiaque dubitarent.

Spectavimus singula Christi dicta seorsim, vidi musque unumquodque eorum tam luculentas authentiae notas prae se ferre, ut dubitare nequeamus, quin vere ab ipso Christo sint profecta. Sed hac de re magis etiam persuasum nobis erit, si cuncta ea Christi dicta jam *secum invicem collata junctimque* consideremus. Etenim quo accuratius imaginem, quam novissima Christi verba junctim spectata, ante oculos nobis ponunt, contemplamur, eo magis in summam Sospitatoris admirationem abripimur, eoque fidentius negamus, ejusmodi imaginem vel ab Evangelistis, vel a primaevis Christianis potuisse fingi. Quod ut pateat, primum quidem in genere animadvertisimus,

Conservatorem, dum de cruce pendebat, nec plane tacuisse, nec multa dixisse; sed pauca, eaque brevissima protulisse verba, vel sui ipsius doloribus sensibusque, vel rerum adjunctis dataeque opportunitati accommodata. Indignum eo fuisse, si ita se gessisset, ut omni doloris sensu destitutus videretur. Indignum itidem, si mediis in perpessionibus, justae irac atque indignationis sensum, quem *tum* populi, *tum* et maxime quidem procerum Judaeorum agendi ratio non potuit non excitare, et quo quivis alias, in simili conditione versans, facile abripi se passus fuisse, manifestasset. At fortasse vix ac ne vix quidem hunc irac atque indignationis sensum suppressit? Absit! Namque alatum *tum* silentium servasset. Jam vero loquentem Eum audimus, sed pauca, atque ita loquentem, ut Eum hominem perfectum, eundemque Dei filium mundique Conservatorem decebat. Aliis prodesse etiamnum studet, intimosque animi sensus candide verbis enunciat. Magnus jam fuisse, si patienter taciteque, quae patiebatur, tulisset; major est, quum loquatur, mentem suam coram omnibus explicans. Major etiam, quum pauca loquatur, sui ipse compos. Quid enim èt Ejus indoli, èt ejus muneri, èt rerum, in quibus versabatur, adjunctis minus conveniens fuisse, quam si longos ac lamentabiles de cruce sermones habuisset? Non nisi data opportunitate, atque ea tantummodo loquitur, quae loqui Eum decebat, ita ut hoc quoque nomine summam sui admirationem èt moverit èt per omne aevum moturus sit. Sed, quod in primis observandum est, singula Jesu dicta, singulaque imaginis, quam informant, partes, primo quidem obtutu secum

invicem pugnare videntur, at accuratius spectata, non vissima Conservatoris verba suminam produnt harmoniam, ac simulacrum nobis repraesentant, quod minime fingi potuit. Aliud enim dictum summam magnificentiam; aliud infimam humilitatem manifestat; aliud Conservatoris personae ac muneri quam convenientissimum est, aliud minus dignum Eo videtur. Ita prorsus pugnare videntur Iesu querelae *tum* de se a Patre derelicto, *tum* de siti, cum magnifica promissione, latroni data: qua cum promissione iterum parum convenire videntur ultimum Christi dictum. Nam qui latronem consolatur, et ita quidem consolatur, ut Paradisi dominium tenere se glorietur, ille ipse queritur, imo queritur a Patre se derelictum esse. Qui Paradisi portas latroni aperit, ille ipse spiritum suum Patri commendat. Qui alius animi sitim explet, ille ipse de corporis siti queritur. Qui Conservatoris munere fungitur, ille ipse matris curam agit. Qui denique derelictum se queritur, ille ipse de opere peracto gloriatur, summaque cum fiducia Patris curae spiritum committit. Itane vel Evangelistae vel primaevi Christiani, Christi imaginem informassent? Nonne, studio Domini sui gloriam amplificandi ducti, ea tacuissent, quae diminuere ejus laudes viderentur? Nonne omnem, in delineando divino Christi simulacro, pugnae speciem evitassent? Hanc autem pugnae speciem non curant, hoc unum curantes, ut ultima Christi dicta ex vero tradant, propositi tenaces: οὐ δυνάμεθα ἡμεῖς ἀ εἴδομεν ναὶ ἡχονταμεν, μη λαλεῖν. Quodsi vero Christi dicta junctim consideremus, summa hīc elucescit harmonia, eaque imago nobis ante oculos ponitur, quae

omnibus virtutibus conspicua est, summaque admiratione digna. Scilicet crudelissimo insons afficitur supplicio, at pro inimicis Patrem precatur, horumque agendi rationem, quoad ejus fieri possit, excusat. Sospitoris mundi partes agit ac latroni peccata dimitit, nec tamen matrem suam discipulumque neglit. Suos amare pergit. Omnes amore prosequitur. Summam in Patre fiduciam reponit. Cunctis omnino, quae praestare Eum oportebat, officiis perfungitur. Profecto ejusmodi imaginem tam sublimem, tam singularem, tam omnibus suis numeris absolutam, neque Evangelistae, neque primaevi Christiani fingere potuerunt. Simulacrum novissima Christi de cruce pendentis dicta conspiendum nobis praebent, de quo praeclarum Cl. J. Muller affirmare<sup>2)</sup>: „Wer das Herz auf „der rechten Stelle hat, der liegt im Staube und ju „belt und betet an.” Nec dubitamus jam hic cum Cl. J. Muller affirmare<sup>2)</sup>: „Haben diese” (primaevi Christiani) „das heilige Bild des Erlösers, wie es „die Evangelien uns entfalten, etwa nur veranlasst „durch Jesu relative Vortrefflichkeit, von der sich „aber durchaus nicht mehr mit Sicherheit ausmachen „lässt, wie weit sie jenen Darstellungen zum Grunde „liegt, aus dem Eigenen entworfen — so müssen wir „sie als die Erlöser der Welt verehren.” — Atque haec quidem dicta sunt de momento Apologetico eorum, quae Conservator de cruce pendens locutus fuit, ra

1) Der Wandsbecker Bote, Briefe an Andres. 1 Br. laud. ab U 11 m.  
I. I. p. 44.

2) In Diario: Stud. u. Krit. 1836, p. 849.

tione habita ipsorum dictorum. Quae si recte disputata a nobis sunt, constat, *Iesum* vere ea dixisse, quae Evangelistae tradiderunt, atque adeo *Apologeticum* eorum momentum non sine causa a nobis esse celebratum. Sed magis etiam illud unicuique in oculos incurret, si exposuerimus, quam laudata Christi dicta vim habeant, in veritate reliquae *Iesu* vitae comprobanda vindicandaque.

## SECTIO II.

### *Momenti Apologetici expositio, habita ratione reliquae *Iesu* vitae.*

Habent igitur gravissima *Iesu* moribundi dicta momentum etiam *Apologeticum*, in *reliquae Christi vitae* veritate comprobanda vindicandaque. Quod ut pateat, age *primum* ipsa dicta contemplemur, deinde cum reliqua Ejus vita ea conferamus.

#### § 1.

##### *Ipsorum *Iesu* moribundi dictorum contemplatio.*

Itaque *primum* ipsa Christi moribundi dicta contemplemur, quae si consideremus patet, quantopere valeant ad veritatem reliquae *Iesu* vitae comprobandam vindicandamque. Sunt enim ejusmodi, ut facillime ex iis concludas, Evangelistas *Iesu* vitam ex vero conscripsisse. Quod paucis probare juvat, habita ratione èt *doctrinae* Ejus, èt *indolis*, èt *agendi rationis*, èt vero etiam *summae*, quam vivens sibi vindicavit,

*dignitatis.* Quod attinet primum ad *doctrinam* Ejus, ne dicam, Eum se Mariae filium significare, quo comprobantur quae Evangelistae de Eo, ex Maria nato tradiderunt, (Luc. II: 1-7), audimus Eum, Deum *Patrem* suum appellantem, ab Eoque peccatorum condonationem pro inimicis deprecantem. Quid igitur verisimilius est, quam Eum in vita quoque sua, Deum *Patrem* suum, seque *Filium* Ejus vocasse, atque adeo ex vero scripsisse Evangelistas, Eum his praesertim nominibus de Deo et de se locutum esse; sicuti et caeteri Evangelistae<sup>1)</sup>, et *Ioannes*<sup>2)</sup> maxime, loquentem Illum induxerunt? Quid verisimilius, quam Eum Deum informasse, pro benignitate sua ad condonandum peccantibus proclivem, atque adeo fidem habendam esse Evangelistis tradentibus, summis Eum ubique laudibus Dei amorem, benevolentiam, misericordiam, tolerantiam celebrasse<sup>3)</sup>. Quid verisimilius, quam praecepsisse Eum, inimicos etiam amore nos complecti oportere, atque adeo vere dixisse: Ἡκούσατε ὅτι ζηζέθη ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου, καὶ μισήσεις τὸν ξυθρόν σου. Ἔγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ἀγαπᾶτε τοὺς ξυθρούς ὑμῶν, εὐλογεῖτε τοὺς μισοῦσιν ὑμᾶς, καὶ προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς καὶ διωκόντων ὑμᾶς.

1) Vid. Matth. XI: 25-27, XII: 50. XVI: 17. XVIII: 35. XXI: 37-39. XXVI: 29, 39, 42, 64 coll. vs. 63. Marc. XII: 6-8. XIV: 36, 62 coll. vs. 61. Luc. II: 49. X: 21, 22. XX: 13-15. XXII: 42, 70.

2) Joan. III: 16-18. V: 17 sqq. VI: 32, 40, 65. VIII: 16 sqq. X: 25 sqq. XI: 41 al.

3) Vid. Matth. V: 45, 48. VI: 12, 14, 15. IX: 13. Luc. XV. XVIII: 9-14. XIX.

caett. (Mt. V: 43-48). Precatur autem pro inimicis, hac addita excusandi causa: οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσιν· unde facile accipimus, affirmasse Eum: Άιδι τοῦτο λέγω ὑμῖν· πᾶσα ἀμαρτία καὶ βλασφημία ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις· ηδὲ τοῦ πνεύματος βλασφημία οὐκ ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις. Καὶ δὲ ἐν εἰπη λόγον κατὰ τοῦ νιοῦ τοῦ ἀνθρώπου, ἀφεθήσεται αὐτῷ δὲ ἐν εἰπη κατὰ τοῦ πνεύματος τοῦ ἀγίου, οὐκ ἀφεθήσεται αὐτῷ, οὔτε ἐν τούτῳ τῷ αἰώνι, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι. (Mt. XII: 31, 32). — Exclamat *Tételestai*; hinc recte efficitur, et novisse Eum opus a Patre sibi peragendum datum, et expousisse illud<sup>1)</sup>. — Paradisum promittit latroni, ad meliorem mentem converso, imo affirmat, hoc ipso die eum secum fore in beatorum sedibus, suumque ipse spiritum Patri commendat; probabile igitur est docuisse Eum, et spiritum post corporis mortem superstitem esse, et eum continuo in beatas sedes transferri, atque adeo vere Eum dixisse: Καὶ μὴ φοβεῖσθε ἀπὸ τῶν ἀποκτενόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτενεῖν· φοβηθῆτε δὲ μᾶλλον τὸν δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα ἀπολέσαι ἐν γεέννῃ (Mt. X: 28); uti et: Ἐγένετο δὲ ἀποθανεῖν τὸν πιστὸν καὶ ἀπενεγκθῆται αὐτὸν ὑπὸ τῶν ἀγγέλων εἰς τὸν κόλπον ἀβραάμ. — Idem valet de *indole* Ejus. Conspicua est in Eo tanta sensus teneritudo, ut non potuerit non exclamare: Ἡλι, ἥλι ο. τ. λ. Conspicua est in Eo summa fiducia in Deo reposita, quem Deum *suum* non modo, sed bis etiam *Patrem* appellat, cuius auxilium implorat, et

1) Vid. e. g. Joan. VI: 38 sqq. XII: 46 sqq. XVII: 4, 6. Matth. XX: 28.

enjus tutelae spiritum suum committit. Conspicuus est in Eo tenerrimus, quo suos complectitur, amor; conspicua itidem summa erga peccantes benevolentia; conspicuus denique singularis erga inimicos amor. Quid igitur ejus indoli magis congruit, quam doloris tristitiaeque sensu Eum subinde affectum fuisse, sicuti traditum ab Evangelistis invenimus? <sup>1)</sup> Quid probabilius, quam per omnem suam vitam summam Eum in Deo reposuisse fiduciam, vereque dixisse: ὁ πέμψας με, μετ' ἔμοι ἐστιν οὐκ ἀφῆνε με μόνον ὁ πατήρ<sup>\*</sup> nec non: οὐκ εἴμι μόνος, ὅτι ὁ πατήρ μετ' ἔμοι ἐστι (Joan. VIII: 29. XVI: 32)? Quid facilius creditu, quam antea etiam suos Eum intimo amore prosecutum fuisse, quod in tota Ejus vita ab Evangelistis conscripta ubique elucessit, ita ut Joannes non potuerit non testari: ἀγαπήσας τὸν ιδίον τὸν εὐ τῷ κόσμῳ, εἰς τέλος ἡγάπησεν αὐτὸν; Quid magis consentaneū, quam Eum publice etiam viventem singulari illo studio, peccantes suaque peccata dolentes conservandi ductum fuisse, quod studium in omnibus Ejus dictis factisque cernitur, summisque saepe laudibus ab Evangelistis effertur? <sup>2)</sup> Quid denique verisimilius, quam tales Eum benevolentiam et tolerantiam in publica sua vita manifestasse, qualem a Scriptoribus ss. delineatam esse novimus? — Porro, agentem etiam Eum suspicimus, dum patitur, et ita quidem agentem, ut laudatum modo benevolentiae amorisque sensum praeclara om-

1) Vid. Lue. XII: 50. Joan. XII: 27. Matth. XXVI: 38, 39.

2) Vid. e. c. Matth. IX: 9-13. XVIII: 21-35. Lue. VII: 37-50. IX: 56. XV. Joan. III: 17. XII: 47 al.

nino ratione manifestet. Qui autem in gravissimis doloribus suorum curam gessit, peccantem consolatus est, et pro inimicis apud Deum Patrem intercessit, is non potuit non, in publica sua vita, eundem se praestare amicum ac conservatorem: unde facile fidem adhibemus Evangelistis, narrantibus e. c. Christum se ipsum significasse, quum inimici captivum abducere Eum vellent, suisque consuluisse, ut tuto abire possent (vid. Joan. XVIII: 8); σπλαγχνισθέντα miseris semper succurrisse (Mt. XX: 34. Mc. I: 41. Luc. VII: 13), peccantes, quotquot audiendi causa Eum adirent, receperisse (Luc. XV: 1 sqq.), eos dimisisse consolatoriis his similibusve verbis: η πίστις σου σέσωκε σε πορευόν εἰς εἰρήνην, totumque in eo fuisse, ut acerrimos etiam inimicos ad Deum veramque virtutem collendam adduceret (Mt. XXIII: 37. Luc. XIX: 41, 42). — Quis denique non persentiscit, quantopere haec ultima Christi dicta conferant, ad *summan*, quam sibi vindicavit, *dignitatem* confirmandam? Omnino *summan* sibi tribuerat dignitatem ex Evangelistarum narratione, quippe qui tradant dixisse Eum Deum *Patrem suum*, seque ipsum *Dei filium*, divinitus olim promissum et a Patre hunc in mundum missum, ut Eum in se conspiciendum praeberet, hominesque conservaret. Jam vero, qui ita loquens mortuus est, qualem dicentem illum Evangelistae informarunt; qui in ipso mortis articulo eam fiduciam in Deo reponere potuit, eaque animi tranquillitate gavisus fuit, quam in eo suspicimus quamque verba Ejus manifestant, is non potuit dignitatem sibi sumere, quae ipsi minime tribuenda esset. Quid? quod etiamnum, licet de

cruce pendeat, ab omnibus omnino hominibus relictus, mortique proximus sit, eandem sibi sumit dignitatem, quam antea sibi vindicaverit. Nam et necessitudinem profitetur, quae sibi cum Deo Patre intercedit, et hominum Conservatorem se gerit, peccata condonans, futuramque post mortem beatitudinem promittens. Concludimus igitur, *tum* persuasissimum Ei fuisse de sua dignitate, deque munere a Patre ipsi mandato, *tum* Evangelistas ex vero tradidisse, quae hanc causam spectantia, Christum dixisse affirmant.

## § 2.

*Dictorum Jesu moribundi comparatio cum reliqua  
Ejus vita, ab Evangelistis conscripta.*

E contemplatione ipsorum Jesu moribundi dictorum patuit, non tantum facilime ex iis concludi ad magnam sane vitae Jesu partem ex vero ab Evangelistis conscriptam, verum etiam summam obtinere convenientiam inter imaginem Jesu *de cruce pendentis dicentisque*, atque eam, quam illi publice olim viventi Evangelistae tribuerunt. Quae observatio sponte nos ducit ad comparationem novissimorum Jesu dictorum cum reliqua Ejus vita instituendam. Qua facta collatione, magis etiam apparebit, *tum* vitam Christi minime fictam esse ab Evangelistis, sed ex vero conscriptam, *tum* quantum Conservatoris moribundi verbis insit momentum *Apolgeticum*. Licet autem nobis, in exponenda hac causa, brevioribus esse, quippe

quam jam egerit Doct. de Jongh<sup>1)</sup>, *de aequabili indole, doctrina ac docendi ratione, quam tum publice viventi, tum patienti Christo tribuerunt Evangelistae, exponens.* Imo vero nos ipsi nonnulla hanc rem spectantia praeoccupare debuimus, ipsa Christi dicta, in praecedenti paragrapho, contemplantes. Haec enim contemplatio docere nos jam potuit, Christum *sui semper similem* ab Evangelistis informari. Eadem de cruce loquentis, ac publice viventis imago est, eadem *doctrina, indoles, agendi ratio.* Addi potest, eandem etiam esse *dicendi rationem.* Ut enim publice olim vivens, ita et patiens dictis, e V. T. libris summis, usus est. Itidem de cruce pendens vocem Ἀμὴν adhibuit, qua in gravissimis rebus publice docens saepissime usus fuerat. Sed haec jam mittimus, ponentes imaginem, quam novissima Christi dicta ante oculos nobis ponunt, prorsus congruere cum ea, quam Evangelistae, publicam Ejus vitam tradentes, delinearunt. Hoc unum restat, ut probemus, eos hanc Jesu imaginem nec *voluisse* nec *potuisse* fingere, atque adeo ex ultimis Conservatoris dictis, cum reliqua Ejus vita collatis, recte concludi, ex vero Evangelistas narrasse, quae Jesu vitam tradentes, litteris mandarunt.

Ad probandum, *noluisse* Evangelistas Jesu vitam fingere, jam non provocamus ad eorum indolem, virtutesque Historicorum, fide dignissimorum, in iis conspicuas, sed ad *pugnae speciem*, quae in summa aequabilitate Jesu imaginis, ab iis descriptae, est obser-

1) In *Diss. laud.* pag. 68 sqq.

vanda. Quodsi enim vel illi, vel primaevi Christiani, divinum Magistri simulacrum, nescio quo studio ducti, pia fraude fingere voluissent, certissime omnem omnino pugnae speciem evitassent, summaque cum diligentia curassent, ut *Jesu* imago, ab omni parte sui similis, lectoribus ante oculos poneretur. Contrarium autem obtinet; quod paucis allatis exemplis probare juvat. Scilicet, quem cruci affixum pro inimicis apud Patrem intercedentem suspicimus, eundem publice olim viventem ita informatum ab Evangelistis videmus, ut ultimo praesertim vitae tempore, in inimicos quam acerrime invehatur, vel ὅφεις et γεννήματα ἔχιδνῶν eos dicentem <sup>1)</sup>; imo vero diserte tradit *Joannes*, dixisse *Jesum* in ultimis suis precibus, pro Apostolis fusis: Οὐ περὶ τοῦ κόσμου ἐρωτῶ, ἀλλὰ περὶ ὃν δέδωκάς μοι, ὅτι σοι εἰσί <sup>2)</sup>). Qui de cruce pendens tenerimam matris suae curam gerit, hunc publice olim viventem, cum quidam Eum admoneret, dicens: ίδού ή μήτηρ σου παῖς οἱ ἀδελφοί σου ἔξω ἐστήκασι, ζητοῦντες σοι λαλῆσαι, respondentem audimus: Τίς ἐστιν ή μήτηρ μου, παῖς τίνες εἰσίν οἱ ἀδελφοί μου; protensaque manu in suos discipulos declarantem: ίδού ή μήτηρ μου, παῖς οἱ ἀδελφοί μου. Οστις γὰρ ἀν ποιήσῃ τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς, αὐτός μου ἀδελφός, παῖς ἀδελφὴ παῖς μήτηρ ἐστιν <sup>3)</sup>). Qui jam latroni, ad meliorem mentem converso, futuram beatitudinem continuo promittit, idem ille antea Ju-

1) Matth. XXIII. tot. in primis vs. 32.

2) Joan. XVII: 9.

3) Matth. XII: 47-49.

daeis, fidem ipsi habentibus: *'Εὰν ἴμεις, ἵνα, μει-  
νητε ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἑμῶν, ἀληθῶς μαθηταὶ μονὸν ἔστε,  
καὶ γνωσθεῖτε τὴν ἀληθείαν, καὶ ηὔληθεια ἐλευθερώσει  
ἴμᾶς*<sup>1)</sup>). Qui cruci affixus tanto opprimitur dolore,  
ut queribundus exclamat: *'Ηλι, οὐλι λαμὰ σαβαγθανί;*  
hunc per omnem vitam antecedentem praeclaras in-  
concessae fortitudinis fiduciaeque in Deum repositae  
documenta edentem suspicimus, imo vero paulo ante,  
quum consolatorios sermones ad discipulos haberet,  
gaudii sensu perfusum, ac de victoria quasi jam re-  
portata gloriantem. Denique, qui jam, ac si non  
nisi vir pius esset, spiritum suum Patris tutelae com-  
mendat, eundem publice viventem magnifice haec de  
se testantem audimus: *'Ωσπερ — ὁ πάτηρ ἔγειρε τοὺς  
νεκροὺς καὶ ζωοποιεῖ οὐτως καὶ ὁ νιός, οὓς θέλει,  
ζωοποιεῖ.* — *'Εγὼ εἰμι ηὕτως ἀνάστασις καὶ ηὕτως*<sup>2)</sup>). Pos-  
sunt quidem hae aliaeque ἐναντιοφανεῖαι facile tolli;  
imo vero recte intellectae conferunt ad Christi ima-  
ginem illustrandam amplificandamque. Sed haec ipsa  
pugnae species, quae inter Jesu de cruce loquentis ac  
publice olim viventis simulacrum obtinet, unumquemque,  
praejudicatis opinionibus non obcoecatum, quam  
disertissime docet, noluisse Evangelistas Jesu vitam  
fingere, sed pro sua simplicitate tradidisse, quae vel  
ipsi audiverant viderantque, vel ab aliis acceperant.

Quid? quod, si vel voluissent, fingere illam minime  
potuissent. Quod contendere nulli dubitamus, prae-

1) Joan. VIII: 31, 32.

2) Joan. V: 21 et XI: 25.

claram divinamque prorsus Jesu imaginem ab Evangelistis descriptam contemplantes. Imo vero ipsa illa *aequabilitas*, quam obtinere inter Christi simulacrum de cruce loquentis ac publice olim viventis, vidimus, firmissimum nobis est argumentum, Evangelistas Jesu vitam fingere non potuisse. Etenim, quod recte monet de Jongh<sup>1)</sup>: „Quemcunque historicum, in „hominis cujusdam vitâ enarrandâ versantem, ita in „primis fide dignum se praestare decet, ut *sibi aequalem* hunc informet, hoc est, ea ratione cogitantem, „sentientem, agentem, ut ejusdem ubique viri species „nobis atque imago appareat,” id est: „in fide digno „requiritur historico, ut ne ea eidem tribuat homini, „quae in diversos tantum cadere possint, neque eam „indolis mutationem referat, cuius non rationem aut „ipse explicet, aut cuius quodammodo certe expli- „candae, lectori copiam faciat.” Jam vero negamus, ejusmodi imaginem Christi aequabilem potuisse fingere Evangelistas. Quod luce clarius patet, si et ad hoc ipsum opus, perquam arduum ac difficile, et ad Evangelistas Christianosque primaevos attendimus. Quae fuse et copiose a Doct. de Jongh sunt exposita. „Omnium vero difficillima pensi pars,” eodem monente<sup>2)</sup> „haec erat, ut caveretur, ne *patientis* „Christi imago publice olim viventis personae repu- „gnaret, atque ut efficeretur adeo ut in tanto *περι- στασίων* discrimine *characteris* tamen *identitas* con- „servaretur. Quodsi ullus potuerit assequi Scriptor

1) l. l. pag. 68, 69.

2) l. l. pag. 71 sq.

„(quod non crediderim) nulli certe potuerunt, quales  
 „Evangelistas fuisse vidimus, arte destituti auctores.”—  
 Quum igitur nec voluerint, nec potuerint vitam Jesu,  
 qualem delineatam eam in Evangelii habemus, ef-  
 fingere eorum Scriptores, sequatur inde necesse est,  
 eam ex vero ab iis esse conscriptam. Addere hic  
 juvat praeclara cl. Heringa verba <sup>1)</sup>: „Ea in qua-  
 „tuor Evangelii elucet Jesu hominis divina imago,  
 „quam nemo invenerit eorum, qui vitam Ejus scri-  
 „psierunt. Qui ingenii animique dotibus omnes superat  
 „mortales, quasi in tenebris sepultus latet usque ad  
 „aetatis annum tricesimum, et triennio cursum ab-  
 „solvit. Qui destitutus fuit humanae institutionis  
 „adminiculis, cuius mores frequenti politiorum homi-  
 „num consuetudine formati non sunt, quam primum  
 „in lucem prodit, hominum reconditos etiam mores  
 „assequitur, vitamque ad exquisitas verae humanitatis  
 „leges componit. Qui sese intra Judaeae fines con-  
 „tinet, legatosque mittit non nisi ad populares suos,  
 „suam tamen doctrinam vitamque ita instituit, ut om-  
 „nibus tandem gentibus necessario prosit. Qui rebus  
 „omnibus laetis ac tristibus statim atque intime mo-  
 „vetur, aerumnarum est patientissimus, et nullis for-  
 „tunae vicissitudinibus perturbatur. Qui neminis in-  
 „diget consilio vel auxilio, nihil tamen humani a se  
 „alienum putat, omniumque curat salutem. Qui nulla  
 „errorum vitiorumve labe est inquinatus, cui aliorum  
 „perversitas perpetuam curam et molestiam creat,

---

1) Vid. *Introit.* in N. T. ll. Ms. P. I. C. VIII. § 5.

„hominum tamen consortium quaerit, perpetuos  
 „sibi comites eligit, amicorum delectatur amore. Qui  
 „coelesti eminet sapientia, ad rudes sese ac stupidos  
 „dimitit discipulos. Qui totam laborum et aerumnarum  
 „molem sibi imponendam praesentit, summa ta-  
 „men fortitudine opus sibi demandatum suscipit, summa  
 „perficit constantia. Qui hominum animos perspicit,  
 „et in lecto comitum et ministrorum numero unum  
 „perditissimum dignoscit, hunc tamen patienter fert,  
 „nec sociorum odio exponit. Qui Dei auxilio fretus  
 „nihil timet, nemini parcit, nullis tamen sese objicit  
 „periculis, nec salutis suae curam negligit. Cum ira  
 „lenitatem, cum indignatione indulgentiam, cum re-  
 „prehensione excusationem, cum minis preces pro  
 „delinquentibus ita copulat, ut in neutram partem  
 „peccet. Qui iniquissimis vivit temporibus, in rebus  
 „maximis et difficillimis occupatus, nunquam incuria  
 „aut festinatione vel levissimam officii partem negli-  
 „git, numquam aliorum exemplo deflectit a via, num-  
 „quam nimius in dicendo aut tacendo, numquam  
 „perturbatus aut percussus. Qui mirifica vi caecis  
 „visum, surdis auditum, mutis loquela, mortuis vi-  
 „tam reddit, qui aëris marisque tempestati imperat,  
 „nullo tamen prodigio aut sibi incolumentem procu-  
 „rat, aut contradicentibus silentium imponit. Qui in  
 „vitam redux sese consciendum populo dare potest  
 „et timorem injicere obstupefactis hostium animis, non  
 „nisi amicis se spectandum praebet. Profecto haec  
 „imago tam longe superat quidquid eximium et pree-  
 „clarum in hominibus umquam visum fuit aut cogi-  
 „tatum, ut, nisi oculis eorum exposita fuerit in ho-

„mine Jesu Christo, fangi nequaquam potuerit ab iis,  
„qui vitam Ejus delinearunt“<sup>1)</sup>.

1) Cf. Ullmann *Hist. o. Myth.* p. 14 sqq. Idem: *über die Sendlosigkeit Jesu* Ed. IV. p. 14 annot. a, et pag. 50 sqq. uti et: *Sendschreiben an Strauss*, in libro: *Hist. o. Myth.* p. 121-135; nec non da Costa *Voorlez.* caett. I. p. 94-117. ubi inter alia haec praeclare monet: »Arme menschelike wijsheid! Jesus Christus, zoaals de »Bijbel Hem ons voorstelt, de vrucht der zonder opzet verdichtende »Gemeente, die Hij, als bloote Leeraar, zonder wonderen, zonder Goddelijke persoonlijkheid, zonder Openbaring van boven heeft gevormd! — Wat zouden wij tegen zulk een droombeeld overstellen? »Niets, dan den Christus des Bijbels zelven. Geene redeneering, »maar bloote verwijzing daáरheen, bloote herinnering daáraan. — »Wij wezen u op de Zon, zoo als zij aan den hemel schijnt, zoaals »zij licht en warmte, dagen en saisoenen, vruchtbareheid en heerlijkhed, leven en beweging, en een middelpunt aan heel onze »planetenwereld geeft! — en hebben nu alleenlijk te vragen, of die »Zon zich verklaren laat als een papieren knipsel van argeloos speelende kinderen; — of wel — als een vonk uit den dagelijkschen vuurhaard, maar aangeblazen door menschelike adems tot een vlamzend hemellichaam, dat hemel en aarde beheerscht en bezielt.“

### P A R S III.

(DOGMATICA.)

Exposito momento, quod novissimis Christi dictis inesse existimamus, *Apologetico*, videndum jam nobis est de eorundem momento *Dogmatico*. Illud summo jure celebratum a nobis esse, satis superque apparuit. Jam vero quaeritur, utrum *hoc* etiam iis sit tribendum. Quis autem, ultimis hisce Conservatoris dictis vel obiter consideratis, id negaverit? Ac *primum* quidem, si ad *ipsa illa dicta* attendimus, in singulis omnino haud pauca reperimus, quae ad hanc illamve *Theologiae Dogmaticae* partem pertineant. Insunt enim iis quae ad *Christologiam* spectent, insunt etiam quae ad *Theologiam* proprie sic dictam, ad *Anthropologiam*, ad *Soteriologiam*, ad *Eschatologiam* denique sint referenda. Quod si deinde ante oculos nobis ponimus *conditionem*, qua Conservator, praeclera haecce verba enuncians, versabatur, magis etiam persentisimus, *Dogmaticum* etiam momentum iis esse tribendum. Etenim si verum est, quod in dissertationis

*Introitu* me verbo monere memini, quodque verissimum est: *in re incerta in primis cerni hominem*, mediusque in perpessionibus atque instante pallida morte, Eum minime solere dissimulare, sed vel maxime absconditos animi sensus, mentisque cogitata prodere, verbo, se ipsum, *qualis vere sit*, cognoscendum praebere, atque ex animi sententia loqui, nonne recte statuitur, ultima Christi verba ad interiorem Ejus cognitionem conferre, omnibusque de cruce pendentis mortique proximi enunciatis, omnem omnino fidem esse adhibendam? Quod eo magis valet, quum apparet, Eum moribundum *et Dei*, vitaeque post mortem futurae, cogitatione repletum fuisse, *et* sui similem constantemque, eandem, quam antea doctrinam proposuisse. Quae cum ita sint, nulli dubitamus contendere, *Dogmaticum* etiam momentum novissimis Jesu dictis esse adscribendum. Videamus igitur, quid ex iis duci possit, ad *Theologiam Dogmaticam* pertinens. Quod attinet autem ad rationem, qua hanc causam tractaturi sumus, non est quod moneamus, minime hic exspectari a nobis posse accuratam omnibusque suis numeris absolutam singulorum, quae ex ultimis Sospitatoris dictis derivari possint, dogmatum expositionem. Nostrum est tantummodo indicare atque enarrare, quae ex singulis illis dictis, ad hunc illumine *Dogmatices* locum aut explicandum aut confirmandum, duci posse videantur. Optima autem hanc rem exponendi ratio haec esse videtur, qua *primum* indicetur, quid ultima Jesu dicta conferant *ad ipsius cognitionem*, *deinde*, quid exhibeant ad *alias doctrinae* *Ejus partes* pertinens. Itaque haec nostrae disquisi-

tionis Pars duo Capita complectatur, quorum *prius* ad *Christologiam* spectet, *posteriorius* ad *reliquas Theologiae Dogmaticae* partes.

### CAPUT I.

*Quid conferant Jesu dicta ad ipsius cognitionem.*  
(*Christologia*).

Ordinur a *Christologia*. Quod tamen non hanc ob causam facimus, quoniam persuasum nobis est, omnem omnino *Theologiam Dogmaticam* ex ipsius Christi contemplatione posse derivari; contrarium enim supra asseveravimus<sup>1)</sup>. Sed propterea ab ea initium ducendum esse existimamus, *tum* quod dicta, quae tractamus, maxime faciunt ad Conservatorem ipsum cognoscendum, *tum* vero etiam ob summum *Christologiae* momentum, nostris in primis temporibus. Ut enim in disquisitionis *Introitu* jam observavimus, est hoc nostro aevo proprium, ut in re theologica unice fere ad Jesu Christi personam et maxime quidem ad Ejus ἀναμορθησιαν attendatur. Quid? quod in exponenda hac causa nonnulli et Theologi et Philosophi ita versantur, ut ab ipsius Christi contemplatione, non tantum omnis *Theologiae*, verum etiam ipsius religionis Christianae veritas salusque dependere videantur, hanc potissimum quaestionem solvere conantes, qua tandem ratione divinae atque humanae naturae conjunctio, in Eo conspicua, sit cogitanda.

1) Vid. pag. 1.

*Christologiae* historiam tradere, non est hujus loci. Provocasse sufficiat ad classicum hac in causa Dorneri opus<sup>1)</sup>, qui omnem hujus dogmatis historiam in *tres* Periodos dividit, quarum *prima* usque ad annum 381 progreditur, dicta ab Eo: „Die Periode „der Festsetzung der wesentlichen Elemente der Person Christi nach der göttlichen und nach der menschlichen Seite. Vorausgesetzte oder unmittelbare *unio personalis.*” Scilicet hac *prima* Periodo, peracto certamine *tum* contra *Docetismum*, *tum* contra *Ebjonismum*, *primum* facta sibi conscientia est Ecclesia, vere divinum et vere humanum universe Conservatori esse adscribendum; *deinde* in specie ac singulatim *tum* ad divinum, *tum* ad humanum, quod in Christo conspicendum est, animum attendit; *tandem* personam Christi, ut utriusque naturae socium, exponere studuit. *Alteram* periodum describit ut tempus, quo *primum* quidem *divina*, *deinde* vero *humana* Christi natura unice fere exponi solebat. *Illud* obtinuisse dicit usque ad rerum sacrarum instaurationem (Saec. XVI); *hoc* inde a rerum sacrarum instauratione usque ad saec. XIX initium. *Tertiam* denique periodum, quae nostra tempora attingit, eam vocat, qua *divinum* et *humanum*, quod Christo insit, vere unitum considerare atque explicare Viri dd. conati sunt et etiamnunc conantur, (die Zeit der Versuche, das Göttliche und das Menschliche in Christus in

---

1) J. A. Dorner, *Entwicklungsgeschichte der Lehre von der Person Christi, von den ältesten Zeiten bis auf die neuesten.* Stuttg. 1839. Altera ed. eaque longe auctior et emendatior prodiit 1845.

gleicher Berechtigung und wesentlicher Einheit zu betrachten). Agit autem hic, praemissâ introductione, *primum de Christologia Schellingiana*, deinde *de Christologia Hegeliana*, denique *de Christologia Schleiermacheriana*, monetque, omnes omnino disquisitiones, quae, ad Christologiam spectantes, nostris temporibus prodierunt, eo tendere, ut vera divinae atque humanae naturae unitas indicetur. (Das Charakteristische aller neuern Christologie ist fortan, die *wesentliche* Einheit des Götlichen und des Menschlichen anzustreben)<sup>1)</sup>. Quorsum vero hae disquisitiones hucusque duxerunt? Eo ut èt Christi *ἀνθρώποις* pro divina Ejus natura habeatur, èt omne veri nominis discrimen humanam inter divinamque naturam tollatur. Ita e. c. Schleiermacherus: „Der Erlöser,” inquit, „ist sonach allen Menschen gleich vermöge der Selbigkeit der menschlichen Natur, von allen aber unterscheiden durch die stetige Kräftigkeit seines Gottesbewusstseyns, welche ein eigentliches sein Gottes in ihm war. — Christus war von allen andern Menschen unterschieden durch seine wesentliche Unsündlichkeit und seine schlechthinige Vollkommenheit”<sup>2)</sup>, et Hase ait: „Die Götliche Natur Christi — ist — seine ungetrübte Frömmigkeit. — Es ist — zeit als Gemeingut der Menschheit anzuerkennen, dass nach Christi Vorbilde jeder Menschensohn, soweit an ihm ist, zum Gottessohne,

---

1) I. l. p. 314. Ed. 1839.

2) Vid. ejus opus: *Der Christl. Glaube cœtt.* Tom. II. Ed. 2. § 94 et 98.

„jeder Mensch zum Gottmenschen erwachsen solle“<sup>1)</sup>. Idem affirmare non dubitat: „Dass der Mensch ein „werdender Gott, Gott die vollkommene Menschheit „sey“<sup>2)</sup>. Quae si reputemus, Christologiae a recentioribus conditae, ex nostro quidem judicio, non magnopere laudandae videntur. Namque ejusmodi confusio divinae atque humanae naturae, qualem in iis conspicimus, et cum librorum ss. effatis, et cum sanae rationis enunciatis prorsus pugnat. Hinc, quod verbo monemus, effici etiam potest, quodnam pretium statuendum videatur Dorneri judicio de *Reformatae Ecclesiae* sententiâ, ad gravissimam hanc quaestionem spectante, collatâ illâ cum *Lutheranorum* doctrinâ. Scilicet primum Ecclesiae *Reformatae* doctrinam tradit, deinde *Lutheranorum* sententiam exponit, denique utramque dijudicat. Ac de *Reformatorum* quidem sententia: „Weil es, inquit, „offenbar der reformirten „Lehre um die Erhaltung und Feststellung der Unterschiede viel mehr zu thun war, als um die Einheit: so ist der Vorwurf nicht so ganz ungerecht, „dass sie nestorianisch Christum zertrenne“<sup>3)</sup>; *Lutherane* vero Ecclesiae doctrinam hoc nomine laudat, quod, assumta unione idiomatum hypostatica, viam straverit, quâ vera utriusque Christi naturae coniunctio deinceps posset explicari. Cui tamen judicio equidem subscribere non possum. Nam quod attinet primum ad *Reformatorum* sententiam, hi minime Ne-

1) Vid. *Lehrb. der Ev. Dogm.* Ed. 2. § 170. p. 287.

2) laud, Dornero l. c. p. 293.

3) l. l. p. 169.

*storianismi* sunt accusandi, quippe quem errorem diserte rejecerint<sup>1)</sup>). *Deinde contra Dornerum* contendimus, *Lutheranorum* sententiam omnino profluxisse e perversa eorum opinione de vera corporis Christi in sacra coena praesentia. Quod e libris eorum Symbolicis luculenter probari potest. Etenim qui conscripti sunt ante *Formulam Concordiae* nihil quidquam continent, quod Dorneri sententiae faveat: contra vero omnes eandem exhibit Christologiam, quam libri Symbolici Ecclesiae Reformatae tradiderunt<sup>2)</sup>: imo ipsa *Formula Concordiae* nostram comprobat sententiam<sup>3)</sup>. Quodsi denique *Lutheranorum* sententia *tum*

1) Ita, ut de hac sola dicam, *Confessio Belgica* art. XIX haec habet: »Credimus — personam Filii unitam atque conjunetam suis inseparabiliter cum humana natura. Ita, ut non sint duo Filii Dei nec duae Personae, sed duae naturae in unam Personam unitae, quarum ultraque proprietates suas distinctas retineat. — Naturae istae aducae, in Persona una ita sunt unitae, ut ne morte quidem ipsius separatae fuerint. Quod igitur Patri suo moriens commendavit, is verus erat Spiritus humanus, e corpore ejus egrediens: at interim divina natura semper humanae unita permansit; etiam cum in se pulchro jaceret; neque Deitas tum desinebat esse in ipso, (sicuti et in ipso erat cum infans esset), etsi ad exiguum tempus sese ita non exsiceret. Quapropter confitemur ipsum verum Deum et verum hominem esse." Vid. *Ed. II. Symb. Eccl. Ref. Nederland.* a Patre meo procurata. *Traj. ad Rh.* 1846, p. 241, coll. p. 29 sq. 122-125, 332 sq.

2) Vid. *Conf. August.* art. 3. *Apolog. Conf.* ap. Tittmannum p. 52. *Aritt. Smalcald.* P. I. art. 4. *Cat. Min. Symb. App.* art 2 et *Cat. Maj.* ib.

3) Vid. *Epit.* art. VIII, ubi diserte dicitur: »Ex controversia — de coena Domini inter sinceros Theologos Augustanae Confessionis et Calvinistas, qui alios etiam quosdam Theologos perturbarunt, dissensio orta est de persona Christi, de duabus in Christo naturis et de ipsarum proprietatibus." Cf. et *Sol. Declar.* art. 8.

iisdem, quibus Ecclesiae Reformatae doctrina, prema-  
tur difficultibus; *tum* viam paraverit ad ejusmodi  
expositionem de utrâque naturâ in Christo juncta,  
qua omne veri nominis discriminem humanam inter et  
divinam naturam tollitur, non est profecto, quod  
Reformatorum sententiae illam präferamus. Contra  
vero Ecclesia Reformata, me quidem judice, magnopere laudanda in eo videtur, quod rationem, qua di-  
vina Christi natura cum humana juncta sit, non  
studuerit accuratius explicare, atque in ejus doctrina  
adhuc acquiescendum esse puto, donec utriusque  
Christi naturae conjunctio ita explicata sit, ut neque  
cum sacri Codicis effatis, neque cum sanae rationis  
enunciatis pugnare sit dicenda. Etenim haudquaquam  
hoc volumus, ab omni philosopha hujus placiti dis-  
quisitione esse abstinendum; sed eam tantummodo  
explanationem rejiciendam existimamus, quae neque  
sacerorum librorum doctrinae immitatur, et cum verae  
philosophiae effatis non conveniat. Quod si igitur quis  
ejusmodi hujus dogmatis expositionem dederit, quac-  
et e Christi Apostolorumque doctrina ducta sit, et  
discrimen inter humanam divinamque naturam non  
tollat, hanc libenter accipiemus. Ea autem adhuc  
desideratur<sup>1)</sup>. Sed haec de gravissima hac causa  
sufficient. — Videamus, quid novissima Jesu dicta  
conferant *ad ipsius cognitionem*. Cognoscendum autem  
Eum präbent primum, *hominem*, deinde hominem

<sup>1)</sup> Conferri tamen merentur praeter Dörnerum, Ebrard op. laud. p. 271. § 51, 52. et van Oosterzee, *Het Leven van Jezus*. P. I. p. 216 sqq.

*sanctissimum*, porro *Dei filium*, denique *hominum Conservatorem*. De singulis breviter exponamus.

§ 1.

*Jesus Christus homo.*

Fuisse olim, qui naturam Jesu Christo vere humanam denegarent, non nisi speciem ejus illi adscribentes, ut adeo  $\epsilon\nu\delta\omega\eta\sigma\epsilon$  vel  $\epsilon\nu\varphi\alpha\tau\alpha\sigma\epsilon$  tantummodo homo fuerit, *Docetae* vel *Phantasiastae* dicti, Dogmatum historia docet. Gravissimo autem huic errori<sup>1)</sup> novissima Jesu dicta prorsus repugnant. Uti enim per omnem antecedentem vitam èt ipse hominem se dixit<sup>2)</sup>, humanumque sibi animum tribuit<sup>3)</sup>, èt homo deprehensus fuit, nullas non corporis animique affectiones et motus, qui hominum esse solent, manifestans<sup>4)</sup>, ita hîc quoque èt hominem se esse satis luculenter significavit, èt talem se cognoscendum praebuit. Etenim Mariam cruci adstantem ita allocutus, Joannisque tutelae commendat, ut hand obscure matrem suam, eam significet. *Corpore humano indutum* Eum fuisse exinde patet, quod de siti queritur. *Animo etiam humano praeditum* Eum fuisse, recte efficitur *tum e promissione*, qua latro-

1) Vid. J. H. Scholten *Oratio de ritando in J. C. historid interpretandâ Docetismo*. Traj. 1840.

2) Vid. Joan. VIII: 40. III: 13. Matth. XXIV: 30. al.

3) Vid Matth. XXVI: 38. Joan. XII: 27.

4) Vid. Matth. IV: 2. XXI: 18. Joan. IV: 7, 31, 6. Matth. VIII: 24. Marc. III: 5. Luc. X: 21. Joan. XI: 35. Luc. XIX: 41.

nem supplicantem consolatur, „Hodie *mecum* in Paradiso eris!”, *tum* ex eo quod de *suo* ipse *spiritu* diserte loquatur, Patris curae atque tutelae illum commendans. Quid? quod, uti *corporis*, ita et *animi* affectiones doloresque luculenter manifestat. Queritur namque se a Patre derelictum. Amore suos prosequitur. Peccantium miseretur. Quae cum ita sint, luce clarissimis apparet, ipsum *Iesum*, morti proximum, *hominem* se esse significasse, atque adeo ultimis hisce dictis *Ejus* confirmari, quae èt ipse de natura sua *humana* antea enunciaverat, èt in vita *Ejus* ab Evangelistis conscripta, relata inveniuntur. Summo igitur jure rejici *Docetismum*, q. d. contendimus, quem errorem eo libentius effugimus, quo certius constat de gravissimo, quod dogmati de humana Christi natura tribuendum est, momento, ad consolationem nostram emendationemque. Praeclare omnino Athanasius: ὁ τοῦ θεοῦ, inquit, λόγος ἐνανθρώπησεν, ἵνα ἡμεῖς θεοποιηθῶμεν. Quid? quod nisi vere homo fuisse, hominum Conservator esse non potuisset<sup>1)</sup>: id quod § 4 paulo fusius exponetur.

## § 2.

*Sanctissimus.*

Sed novissima, quae contemplamur, *Iesu* dicta, non *hominem* tantum, verum etiam *sanctissimum* *hominem* conspiciendum Eum praebent. Quod unicuique

1) Cf. *Confess. Belg.* art. 18. *Cat. Heid.* quaest. 16.

sponte in oculos incurrit, qui veri bonique sensu non prorsus destitutus, et singula Ejus dicta perlustrat, et junctim ac secum invicem collata ea consideret, ita ut non modo singulas paeclarae Ejus imaginis partes, sed totum etiam, quod ultima Ejus verba exhibent, simulacrum contempletur. Possumus autem in exponendo gravissimo ac suavissimo hoc argumento breviores esse, quoniam omnia fere, ad hanc rem spectantia, praecoccupare debuimus, quum in *Apologetico* dictionum *Jesu momento* explanando versabamur. Vidimus jam, praebere dicta Ejus luculentissima omnium virtutum documenta. Suspeximus *pietatem, amorem, benevolentiam, misericordiam, sapientiam, patientiam, inconcussam fiduciam, in Deo Patre collocatam, maximum denique et consulendi amicis, et omnes omnino homines servandi studium*, ex iis elucentes. Quid? quod in summam abrepti jam fuimus admirationem, optimum nostrum Conservatorem, de cruce pendentem, mediis in vehementissimis suis doloribus ac instante morte, loquentem, at pauca tantum, et ea quidem loquentem audientes, quae dixisse Eum novimus, imaginemque, quam informant, animo certantes, divinam prorsus, omnibusque suis numeris absolutam. Profecto, si paucissima, at gravissima simul etiam Ejus dicta denuo recolimus, nulla in re labentem aut delinquentem Eum deprehendimus, ne in lamentabili quidem illa, quam de se a Patre derelicto sustulit, voce, quippe quae, quod antea monuimus, arguat potius incomparabilem Ejus animi magnitudinem. Contra vero, qui in tali, quali Ille erat, conditione, pro acerrimis inimicis potuit precari,

et ita quidem precari, ut Ille precatus est, nonne hic purissimo sanctissimoque amore flagrasse est dicendus? Qui in ejusmodi rerum adjunctis, omnibus, quae praestare Eum oportebat, officiis perfunctus est, nonne is indolem prodidit, piam certe sanctamque, immo vero ab omni peccati labe longissime remotam? Denique qui de cruce pendens, jam jam instante morte, tantam in Deo reponere potuit fiduciam, quantam ultima Jesu verba manifestant, nonne is suae innocentiae, pietatis, intimaeque cum Deo conjunctionis, plane conscientius sibi esse debuit? Atque postremum hoc hic in primis urgeo; namque hujus rei animadversio magnam vim habet in *Theologia Dogmatica*, ad sanctitatem Jesu atque ἀναμαρτησίαν comprobandam vindicandamque. Quodsi enim ultima maxime hominum dicta eorum indolem prodant, ac vero congrua habenda sint, his certe verbis Christus consciendum se praebuit, qualis revera fuerit, ut adeo novissima haec Ejus dicta haud parum valeant, ad confirmanda ea, quae cum Ipse, publice vivens, de sua ἀναμαρτησίᾳ dixerat, tum Ejus Apostoli postea de ea docuerunt. Praeclare omnino Ullmannus<sup>1)</sup>: „So „stellen sich uns, wenn wir alles zusammenfassen, „folgende Grundzüge dar: das Wesen Jesu ist voll „endete innere Harmonie; diese gründet sich auf die „durchgreifende Einheit des bewegenden und bestim „menden Princips; dieses Princip ist die reine, unge „träbte, der Einheit mit ihrem Gegenstande sich stets

1) I. I. Über die Sündl. J., ed. 4, p. 50. 19. 1919.

„bewusste Gottesliebe, und diese Gottesliebe prägt  
 „sich weder aus als erhabene unbezwingbare Kraft  
 „im Handeln, als sanfte und freudige Ergebung im  
 „Dulden und als allumfassende Liebe gegen das  
 „menschliche Geslecht und jeden einzelnen Menschen,  
 „so dass sich Jesus kämpfend, strafend und zerstö-  
 „rend nur gegen das Böse, fördernd, bildend und  
 „schöpferisch aber gegen alles Gute, selbst gegen die  
 „geringsten unscheinbarsten Keime desselben verhält;  
 „mit einem Worte: der Character Jesu ist göttliche  
 „Liebe in reinmenschlicher Erscheinung. Die Kraft  
 „der Gottesgemeinschaft und Gottesliebe aber, wie  
 „sie uns in dem Leben Jesu, als die schlechthin  
 „herrschende dargestellt wird, schliesst das Böse,  
 „Ungöttliche ganz von selbst aus: wo eine solche  
 „Macht des Gottesbewusstseyns und der Liebe ist,  
 „da ist das Princip der Sünde, die Selbstsucht, die  
 „Vereinzelung des Ich, das sich hingeben an parti-  
 „culare, sinnliche Zwecke unmittelbar aufgehoben,  
 „und in das von den Evangelien gegebene, von allen  
 „Aposteln festgehaltene Gesammtbild Jesu könnten  
 „wir, auch wenn davon im neuen Testamente kein  
 „Wort ausdrücklich gesagt wäre, Sünde, Entfrem-  
 „dung von Gott, Trübung des religiösen und sittli-  
 „chen Bewusstseyns unmöglich hineindenken, ohne zu  
 „empfinden, dass wir dieses Bild wesentlich alteriren  
 „und entstellen“ — <sup>1)</sup>). Quanti autem faciendum sit  
 hoc placitum, quis est, qui non persentiseat? Apo-

---

1) Cf. et Hase L. J. ed. 3. § 33.

stoli certe summum illi pretium tribuerunt. Praedicanter enim Eum, τὸν ἄγιον καὶ δίκαιον <sup>1)</sup>; τὸν ἀμυνόν αὐτῶν καὶ ἀσπιλόν <sup>2)</sup>; ἀρχιερέα — πεπειρασμένον κατὰ πάντας παθόν διαιρέτη, γάρδις ἀμαρτίας <sup>3)</sup>, qui ὑπογραμμὸν nobis reliquit, ἵνα ἐπανολουθήσῃ τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ ὃς ἀμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ ὃς λοιδορούμενος οὐκ ἀντελοιδόρει, πάσχων οὐκ ἡπείλει παρεδίδον δὲ τῷ ποίησαν δικαίως <sup>4)</sup> τὸν μὴ γνώντα ἀμαρτίαν <sup>5)</sup>, summum Sacerdotem, ὅσιον, ἀπαντον, ἀμίαντον, κεκωμισμένον ἀπὸ τῶν ἀμαρτωλῶν, — ὃς οὐκ ἔχει παθόν ἡμέραν ἀνάγκην, ὥσπερ οἱ ἀρχιερεῖς, πρότερον ὑπὲρ τῶν ἰδίων ἀμαρτιῶν θυσίας ἀνεφέρειν <sup>6)</sup>), atque ita quidem Eum praedicant, ut, quod ex locis allatis abunde patet, arctissimam necessitudinem inter Ejus ἀγαμαρτησίαν nostramque salutem intercedere quam disertissime significant. Imo vero Christiana Ecclesia, Apostolorum exemplum hac in causa secuta, omni aevo Sospitatoris ἀγαμαρτησίαν confessā est, hujusque placiti gravitatem agnovit. In primis autem illud nostris temporibus exponitur atque urgetur: quod prae caeteris omnibus praeclare fecisse Ullmannum <sup>7)</sup>, quis est qui ignoret? Et recte quidem

1) Vid. Act. III: 14. IV: 27. XXII: 14. 1 Petr. III: 18. 1 Joan. II: 1, 29. III: 7.

2) Vid. 1 Petr. I: 19.

3) Vid. Hebr. IV: 15.

4) Vid. 1 Petr. II: 21—23.

5) Vid. 2 Cor. V: 21.

6) Vid. Hebr. VII: 26, 27.

7) in l. saepius jam l. *Ueber die Sündlos. Jesu*, ed. 3, Ilm. 1836. Addo hic, quartam ed. prodiisse a 1842 in qua refutantur etiam dubia, mota a C. F. Fritzsche, de ἁγιμαρτησίᾳ J. C. Commentt. II.

maximum huic placito statuitur pretium, suoque illud jure principem quendam locum in Theologia Dogmatica obtinet: quod deinceps paucis comprobare conabimur. At nimii tamen hodiernorum Theologorum nonnulli, me quidem judice, in celebrando hoc dogmate esse videntur, sicuti in *Introitu* verbo jam monuimus. Ita enim illud celebrant, ac si ét nihil aliud, nisi ἀναμαρτησία, in Christo sit conspicendum, ét sancta Ejus indoles pro eadem, atque divina Ejus natura sit habenda, ét omne salutare Ejus opus ex sola Ejus ἀναμαρτησίᾳ sit derivandum. Quibus non modo Apostolorum doctrina, verum etiam ipsius Jesu effata aperte repugnant. Namque aliis etiam nominibus *cum* se Ipse commendavit, *tum* ab Apostolis commendatus est. Deinde neque Ille, neque hi sanctam Ejus indolem cum divinâ, qua gaudebat, naturâ confuderunt, sed inter utramque vere distinxerunt. Denique salutare Ejus opus non uni Ejus ἀναμαρτησίᾳ, sed et doctrinae Ejus, sed et perpessionibus mortique, sed et in vitam redditui coelestique

altera ad sacra Pentec. 1835, altera ad sacra Paschalia 1836, pie celebranda. In Belg. sermonem versa est Ullm. disp. h. t. *Jesus de volmaakte mensch, of over de zondeloosheid van Jezus*, door Dr. C. Ullmann. Naar den 2den druk door Mr. H. v. d. Tunk, Leeuw. 1834. Cf. quae de egregio hoc op. scripsit cl. J. F. van Oordt J. W. fil. in Diario: *Waarheid in Liefde*, 1838. p. I. p. 177-224. Legi etiam merentur: W. Ullmer; auch ein Beitrag zur Erörterung der Frage: ob und in wiefern Jesu Sündlosigkeit zususchreiben sei, in Journ. für Prediger, 1838. März p. 129 sqq. et K. Wimmer, Ueber Matth. XIX: 16-22. als Beitrag zur Lehre von der Sündlosigkeit Jesu und zur Charakteristik biblischer Personen, in Theol. Stud. u. Krit. 1845. p. I. p. 115-153.

Ejus vitae attribuerunt. Ita Paulus Apostolus, ut hoc unum probandi causa afferam, totum Jesu salutare opus complectitur, quum ad Corinthios scribens<sup>1)</sup>, Eum laudat: ὅς ἐγενήθη ἡμῖν σοφία ἀπὸ Θεοῦ, δικαιοσύνη τε καὶ ἀγιασμός κατ ἀπολύτωσις ubi, quod bene observandum est, δικαιοσύνη praeponitur τῷ ἀγιασμῷ, quod non fortuito, sed consulto factum esse ab Apostolo, recte contendimus. Nullus enim ἀγιασμός veri nominis dari potest, nisi antecedente δικαιοσύνῃ, qua poenarum commeritarum remissionem, divinique favoris usum intelligendum esse ab ipso Paulo docemur. Sed haec fuse et accurate expondere hic non possumus. Ad ipsa Jesu moribundi dicta redeamus.

Scilicet novissima, quae tractamus, Christi verba non tantum hominem, eumque integrum et sanctum, verum etiam *Dei Filiū* Eum nobis ante oculos ponunt. Licet enim hoc ipso nomine de se non usus fuerit, quum de cruce penderet, diserte tamen *Dei Filiū* se indicavit. Audivimus namque eum pro inimicis precantem: Πάτερ, ἀφες αὐτοῖς, et spiritum suum Deo commendantem hisce verbis: Πάτερ, εἰς ψειράς σου παραθήσομαι τὸ πνεῦμα μου. Bis igitur Deum Patrem suum appellavit, adeoque se Ipse *Dei Filiū*

1) 1 Cor. I: 30.

significavit. Imo vero ut *Dei filius* se gerit, latroni peccata condonans, quod Deo ejusque Filio solis competit <sup>1)</sup>. Ast vero de significatione et vi hujus appellationis non una est Virorum dd. sententia. Alii enim propter mirificos Ejus natales, alii ob Messianam Ejus dignitatem, alii denique ob divinam Ejus naturam vocari Eum *Dei filium*, existimant. Neque est negandum, Eum semel certe, ut singulari prorsus ratione e Maria virgine natum, hoc nomine appellari. Etenim postquam Angelus, referente Luca <sup>2)</sup>, Mariae dixerat: *Πνεῦμα ἄγιον ἐπελευσεται ἐπί σε, καὶ δύναμις ἐψιστον ἐπισπάσει σοι*, haec addit: *διό καὶ τὸ γεννώμενον ἄγιον, κληθήσεται νιὸς Θεοῦ* quomodo Adamus quoque *τοῦ Θεοῦ* scil. *νιὸς* dictus est <sup>3)</sup>. Lubenter etiam concedimus, nonnumquam illud cum *Messiae* appellatione permutari videri. Ita Petrus, ut hoc uno utar, ad quaestionem, a Jesu propositam: *ὑμεῖς δέ τίνα μὲ λέγετε εἶναι;* apud Matthaeum quidem respondet: *σὺ εἶ ὁ Χριστός, ὁ νιὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος,* apud Lucam vero non nisi hoc: *τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ* <sup>4)</sup>. At minime tamen inde sequitur, utrique appellationi eandem significationem atque vim esse tribuendam. Praeclare Abreschius ad Hebr. V: 8 <sup>5)</sup>: „Probe novi,” inquit, „esse cum maxime bene multos, qui nomina *νιοῦ* et *χριστοῦ*, seu *βασιλέως τοῦ*

1) Cf. Marc. II: 7, 10. coll. Jes. XLIII: 25.

2) Ev. C. I: 35.

3) Luc. III: 38.

4) Matth. XVI: 16. coll. Lue. IX: 20.

5) Vid. Ejus *Paraphr. et Annott.* in *Ep. ad Hebr. Spec. tert.* pag. 318 sq.

„Ισραὴλ pro synonymis habeant, praecipue quod Ju-  
 „daeи veteres sic intellexerint. Qua autem in re egre-  
 „gie falluntur. Quid enim? (ut e multis, quae mihi  
 „in mundo sunt, unum vel alterum afferam speciminis  
 „causa:) cuiquamne probabile fiet, in memorabili illo  
 „Jesu ipsius dicto Jo. III: 16, quo magnitudinem  
 „amoris Dei adversus homines miseros, aeternaeque  
 „damnationis reos, ex eo inprimis demonstret, quod  
 „ipsorum causa τὸν νιὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ morti  
 „tradiderit, eccui ergo plausibile accidet, in tali loco  
 „μονογενῆ νιὸν idem esse, atque νιὸν τοῦ ἀνθρώπου,  
 „sive Χριστὸν? Imo vel per omnia fallor, vel tota  
 „sic enervetur Jesu oratio, nec in ea impetus ullus  
 „aut vis inesse reperiatur. Hujusmodi et illa sunt,  
 „quae apud auctorem” (Ep. ad Hebr.) „hoc ipso  
 „Cap.” (V) „comm. sequenti undecimo dicuntur. —  
 „Fac enim, τῶν: υἱόπερ ὡν νιὸς, ἔμαθεν κ. τ. ε.  
 „hanc esse mentem: quamquam esset rex atque Messias,  
 „tamen ex iis, quae passus est, didicit, quid esset obe-  
 „dire Deo; num quidnam hic, quod, non dicam,  
 „magnum, sed verum sit, leges? An vero, qui sit  
 „munere Messias, non ea debet perpeti, quae sint  
 „necessaria, ad expiationem et salutem hominum ef-  
 „ficiendam? Omnino ad haec, quorum magna est  
 „evidentia, nihil est, quod reponi possit. — Porro  
 „autem, nec eo tempore, quo Jesus inter homines  
 „ageret, nomen νιοῦ a doctoribus et magis intelligen-  
 „tibus Judaeis pro ἰσοδυναμοῦτι τοῦ Χριστοῦ esse  
 „habitum, luculenter patet ex Jo. V: 18. X: 31-36.  
 „Idemque insuper disci potest ex βλασφημίᾳ crimine,  
 „Jesu a Cajapha illato, quum affirmasset interroga-

tionem illam: εἰ σὺ εἶ ὁ Χριστός, οὐ νίος τοῦ Θεοῦ; „Matth. XXVI: 63 sqq. Non enim hinc clarum est „ipsum Cajapham appellationem *Filiū Dei* non accep- „pisce ut nomen officii deque Messia rege intellexis- „se, sed vel maxime habuisse *Dei* synonymum? Enim- „verò is solus ex Judaeorum disciplina βλασφημίας „reus ducebatur, qui se Deo acquiparasset: id quod „aperte docent II. Marc. II: 5-7 et Jo. X: 33.” Item doct. Donker Curtius<sup>1)</sup>. „A vero aberrare” in- quirit „mihi persuadeo eos, qui denominationem τον „νιον τον Θεον pro ἰσοδυναμοντι cum Χριστον seu „βασιλεως nominibus, habent: quod tamen permultis „hodie placere video. A quibus vero interpretibus „recedendum esse, equidem existimo, ita statuens; „servatorem nostrum hoc nomine in S. Litt. compel- „lari, propter naturam, qua antequam in hunc mun- „dum veniret, quin et ante jacta mundi fundamenta, „exstiterit, divinam. In hanc autem, ut breviter hoc „addam, inducor opinionem, *tum* adjunctis τον ἴδιον, „μονογένους, πρωτοτοκον, cet., *tum* consideratione op- „positarum dictionum τον νιον τον ἀνθρωπον et τον „Θεον, *tum* ex iis, quae saepissime huic Jesu com- „pellationi adjunguntur, ita ut frigida sit oratio, nisi „de natura vere divina interpreteris, ut inter alia res „est cum loco illustri Jo. III: 16 —, *tum* inde, quod „Judaei βλασφημίας accusarint Jesum, quum se τον „νιον τον Θεον dixerat, Joh. V: 18, *tum* denique con- „sideratione eorum locorum, in quibus Χριστον et

1) *Spec. Hermen. Theol. de Apocalypsi ab indole, doctrina et scri- bendi genere Joh. Ap. non abhorrente.* Traj. Bat. 1790, p. 51 sqq.

„*vivu τον Θεον* denominations ita distinguuntur, ut  
 „eadem utrique significatio tribui nullo modo pos-  
 „sit. 1 Joh. I: 3. III: 23. V: 20. — I: 7. In his  
 „enimi locis *τον χριστον* denominatio ab altera *τον vivu*  
 „manifeste distinguitur, ita ut ipse Johannes satis  
 „idoneus sit verborum suorum interpres.” Nec non  
 C. F. A. Fritzscheius<sup>1)</sup>, ne plures laudem: „quum  
 „Paulo” inquit „Jesus Messias fuerit natura augusti-  
 „or, divinis virtutibus ornata, cum Deo ab aeterno  
 „intimo vinculo nixa, mundi opifex, ad homines ad  
 „generis humani salutem procurandam, demissa, de-  
 „nique in coelum rursus recepta (Phil. II: 6 sq.  
 „Col. I: 15 sq.) haud scio an ei ὁ *vivu τον Θεον*,  
 „numen augustum cui cum Deo arctissima conjunctio  
 „intercedat, significet. — Nisi fallor, formula ὁ *Θεός*  
 „καὶ πατήρ τον κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστοῦ (Rom.  
 „XV: 6. 2 Cor. I: 3. XI: 31. Ephes. I: 3 Col. I: 3)  
 „non quo sensu nos numen div. *Deum et patrem*  
 „*nostrum* vocamus, accipienda est, sed numen div.  
 „declarat, quatenus cum eo intime et singulari modo  
 „conjunctus erat Jesus, *Dei filius* sensu paullino. Cf.  
 „Joh. XX: 17 ἀναβαίνω πρὸς τὸν πατέρα μου καὶ  
 „πατέρα ἐμῶν, καὶ Θεόν μου καὶ Θεόν ἐμῶν, i. e. ad-  
 „scendo ad eum, qui alio sensu meus, alio vester est  
 „*Deus et Pater.*” Quibus argumentis unum addere  
 juvat, quod neglectum plane esse a viris dd. miror,  
 ductum illud ex fine Evangelii Joannei C. XX: 31,  
 collato cum totius Evangelii argumento, maxime cum  
 ejus initio. Scilicet ad finem Apostolus declarat, hoc

1) In Comm. in *Pauli ad Rom. Ep. ad C. I: 3. tom. I. p. 8.*

in scribendo sibi fuisse propositum, *ινα πιστεύσητε,*  
*ὅτι Ἰησοῦς ἐστιν ὁ Χριστός*, ὁ *νιὸς τοῦ Θεοῦ*, *καὶ οὐαί*  
*πιστεύσοντες ζωὴν ἔχητε ἐν τῷ οὐρανῷ αὐτοῦ*. In ipso  
autem Evangelio, praesertim in initio, quam magnifi-  
centissime de Eo locutus fuerat: *'Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος*  
*καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν*, *καὶ Θεός ἦν ὁ λόγος*. *Οὗτος*  
*ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν*. Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο καὶ  
γινώσκεις αὐτοῦ ἐγένετο οὐδέποτε ἐν, ὁ γέγονεν. *'Ἐν αὐτῷ ζωὴ*  
*ἦν, καὶ ηὕτη ἦν τὸ φῶς τῶν ανθρώπων*. — *'Ἐν τῷ*  
*κόσμῳ ἦν, καὶ ὁ πόσιμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο*. — *Καὶ ὁ λό-*  
*γος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήρωσεν ἐν ἡμῖν, καὶ ἐθεασάμεθα*  
*τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ως μονογενοῦς παρὰ πατρὸς,*  
*πλήρης κάριτος καὶ ἀληθείας*. — *Θεόν οὐδεὶς ἔωσε πε-*  
*πώποτε ὁ μονογενῆς νιὸς, ὁ ὥν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πα-*  
*τρός, ἐκεῖνος ἔζηγήσατο* <sup>1)</sup>. Quodsi igitur ὁ Χριστός  
atque ὁ νιὸς τοῦ Θεοῦ pro appellationibus unius ejus-  
demque significationis et vis habendae essent, Joa-  
nnes ex praemissis minus duxisset, quam ex iis duci  
possit ac debeat. Magnificae illae, quas dederat,  
*τοῦ νιοῦ τοῦ Θεοῦ* descriptiones, quam disertissime do-  
cent, voluisse eum, ut lectores Sospitatem non  
modo pro *Christo*, verum etiam pro divinae naturae  
socio haberent, atque adeo hanc *τοῦ νιοῦ τοῦ Θεοῦ*  
appellationem ad sublimiorem, ad divinam Christi  
naturam esse referandam. Quae cum ita sint, con-  
tendimus, singularem prorsus vim *Patris* nomini,  
quo Jesus, de cruce pendens, Deum appellavit,  
esse tribuendam, Eumque, ita Deum appellantem,  
se ipsum *Dei Filium*, intime ac singulari ratione

---

1) Cap. I: 1-4, 10, 14, 18.

*cum Deo junctum, divinaeque naturae socium significasse.* Quod gravissimum placitum, quanti sit ad nostram consolationem atque emendationem momenti, mox videbimus. Jam hoc unum monere restat, ut omnem publicam Ejus vitam, ita novissima Ejus dicta ante oculos Eum nobis ponere, divinâ aequâ ac humanâ naturâ gaudentem, Eumque intimae suae cum Deo conjunctionis tam sibi conscientium fuisse, ut in ipso mortis articulo, eo, quo diximus, sensu, non dubitaverit *Patris* nomine Deum appellare. Ut igitur *Docetismus*, ita et *Eljonismus*, s. *Nazoritismus* est rejiiciendus<sup>1)</sup>.

## § 4.

*Hominum Conservator.*

Iisdem denique dictis *Jesus hominum Conservatorem* se prodidit. Quod ut pateat, agendum gravissima ea dicta denuo contemplemur. Ac primum quidem attendamus animos ad consolatorium, quod latroni dedit, responsum. Scelesti hic patraverat facinora; namque ipso confidente, justâ factisque dignâ poenâ afficiebatur. Attamen non dubitat hisce *Jesum* adire precibus: μνήσθητι μου, μίστε, ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. Quid autem Ille? Num neglit istius malefici preces? Num differt consolationem? Num urget ampliorem etiam peccatorum confessionem? Num deprimit magis etiam depresso hominis animum? Num dubitat eum

---

1) Cf. Schleiermacher, *der ChristL. Gl.* I. § 22, in pr. pag. 139 sq.

erigere ac consolari? Absit! Continuo ad supplicem, quoad ejus fieri possit, se convertit, dumque Patri gratias agit pro hoc maleficio, ad meliorem mentem converso, ei respondet: *'Αμὴν λέγω σοι, σήμερον μετ' ἔμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ.* Ita consolandi opportunitatem, sibi datam, quam primum arripit, summis Ipse oppressus aerumnis. Ita hominum Conservatorem se praestat, nobisque consciendum se praebet. Quid? quod non tantum eorum miseretur, qui peccata sua profitentes, ad Eum confugiunt, ut conserventur, sed illos etiam benevolentia suâ complectitur, qui violentâ morte Eum afficiunt, suisque eum conviciis consequantur. Pro his ipsis, quos servare jam non potest, precatur: *Πάτερ, ἄφες αὐτοῖς,* imo hanc peccati excusationem addit: *οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιῶνται.* Tanto flagrabat, omnes omnino homines, atrocissimos etiam inimicos conservandi studio. Nec negligendum hac in causa est, memorabile illud *Τετέλεσται*, quod in ipso mortis articulo exclamavit. Peractum enim esse opus suum declarat. At quodnam opus? Nimirum illud, quod a Patre peragendum Ei datum erat, ut mundum conservaret. Absolverat hoc jam totum, quatenus his in terris absolvi potuit et debuit. Vixerat inter homines, docuerat, Deum Patrem inse consciendum praebuerat, regni coelestis fundamenta jecerat, ipsam adeo mortem, jam jam moriturus, pro hominibus subiisse dici poterat, atque haec omnia, ut omnes omnino homines, fidem Ei habentes, peccatorum poenis absolveret, a peccati dominio liberaret, cum Deo reconciliaret, mutuo amore junctos in unam societatem colligeret, aeternaeque vitae par-

ticipes redderet. Sed omne salutare Ejus opus uberioris exponere non est hujus loci. Sufficiunt dicta ad probandum, prodidisse se **Jesum** ultimis suis verbis *hominum Conservatorem*.

Neque hominum Conservatorem tantum iis se prodidit; sed eadem nos dicta docent, quam sit aptissimus ad nos servandos. Rejicimus omnem argumentationem *a priori*, q. d., hac in causa olim a nonnullis Theologis adhibitam<sup>1)</sup>. Nec quaerere nos oportet, *quali nobis Sospitatore opus sit*, neque *a priori* ad hanc questionem possumus respondere<sup>2)</sup>. Sed *a posteriori*, ut ajunt, ex iis, quae in **Jesu Christo** conspicimus, efficere licet, quam sit aptissimus ad nos servandos. Jam vero, ut reliqua Ejus vita, ita et ultima Ejus dicta, quod vidimus, ante oculos Eum nobis ponunt, ut divinâ aequâ ac humanâ eâque sanctâ naturâ gaudentem. Quod cum ita sit, haec ipsa dicta nos docent, quod docere ea monuimus. „Etenim *primum* „cum *humanâ* aequâ ac *divinâ* naturâ gauderet, obambulare potuit inter homines, ad exponenda ea, quae „de Deo scire nostra interesset (Joan. I: 18); pietatis „virtutisque humanae exemplum nobis praebere (Joan.

1) Vid. *Catech. Heid.* Q. 12-17.

2) Cf. *Augustini Confess.* L. X. C. 43. Opp. t. I. p. I. p. 327 sq. et *Calvin. Instit. Rel. Chr.* L. II. C. XII. § 1. qui ét alia ét haec monet: »De necessitate“ (*Servatorem nostrum esse ét Deum ét hominem*) »si quaeritur, nou simplex quidem, ut vulgo loquuntur, vel »absoluta fuit, sed manavit ex coelesti decreto, unde pendebat hominum salus. Cacterum, quod nobis optimum erat, statuit clementissimus Pater.“ caett.

„XIII: 15, 34<sup>b</sup>. 1 Petr. II: 21); easdem, quibus no-  
 „stra obnoxia est natura, infirmitates miseriasque  
 „experiri (Hebr. II: 17, 18. IV: 15, 16) ipsi adeo  
 „morti subjici (Hebr. II: 14) nobisque dux evadere  
 „ad sempiternam beatitudinem, (Hebr. II: 10). Quid?  
 „quod arctissima jam cum Eo nobis intercedit neces-  
 „situdo, adeo ut non erubescat fratres nos appellare  
 „(Joan. XX: 17. Hebr. II: 11) nostramque naturam  
 „ad summum sanctitatis et felicitatis fastigium evectam  
 „videamus, quod destinatum nobis sit et ad quod  
 „escendere nos oporteat (Rom. VIII: 29. Hebr. II: 6-9).  
 „Quae quantopere conferant ad nostram consolationem  
 „et emendationem, quis est qui non perspiciat? —  
 „Deinde, cum humanā naturā, eaque integrā et sanctā  
 „gauderet, exemplum dare nobis potuit, pietatis vir-  
 „tutisque humanae perfectum, omnibusque numeris  
 „absolutum (1 Petr. II: 21-23), atque adeo naturam  
 „humanam in se conspiciendam praebere, non qualem  
 „eam hodie *tum* in nobismet ipsis, *tum* in caeteris  
 „omnibus naturae nostrae sociis conspicimus, corru-  
 „ptam vitiisque inquinatam; sed qualem Deus eam  
 „ab initio formavit integrā et sanctā<sup>1)</sup>. Potuit  
 „sic porro, cum ipse mortis necessitati non subjectus  
 „esset, nostro loco pati et mori (Rom. VIII: 3, 4.  
 „2 Cor. V: 21. 1 Petr. I: 18, 19. III: 18); semper  
 „et ubique Deo Patri placere (Joan. VIII: 29.  
 „XVII: 4); nostram apud Eum causam agere (1 Joan.  
 „II: 1. Hebr. VII: 26) et cum divinā naturā arctis-  
 „sime jungi. — Denique, quum divinā aequē ac hu-

---

1) Cf. v. Heusde, *Init. Philos. Plat.* I. p. 84 sq.

„manā gauderet naturā, sui juris erat, vitacque suae  
 „deponendae facultatem habebat (Joan. X: 17, 18);  
 „omnium optime Patris consilia exponere potuit, (Joan.  
 „I: 18. III: 12, 13, 32, 34); imo ipsum Patrem, quoad  
 „ejus fieri posset, conspiciendum nobis praebere, atque  
 „exemplum exhibere, in quo, veluti in speculo, divi-  
 „nas virtutes, humanae naturae impressas, suspicia-  
 „mus, quodque imitari nos oporteat, ut, quae summa  
 „hominis perfectio est, Deo similes evadamus <sup>1)</sup>,  
 „(Joan. XIV: 7-9. 2 Cor. III: 18. IV: 6. 2 Petr. I: 4)  
 „tandemque divinis scientiae, sapientiae, potentiae,  
 „benevolentiae virtutibus gaudens, nos penitus cogno-  
 „scere, regere, a peccati mortisque dominio liberare,  
 „justumque de nobis judicium ferre potest, (Joan.  
 „II: 25. V: 22 sqq. VIII: 35, 36. Hebr. I: 1-3” <sup>2)</sup>).  
 Imo vero, nisi Deum in Christo contemplamur,  
 periculum est, ne vel ad *Idealismum* vel ad *Pantheismum*  
 prolabamur. Quae cum ita sint, non sine causa  
 dogmaticum etiam *momentum* ultimis Jesu dictis nos  
 tribuisse arbitramur.

1) Cf. Doct. S. K. Thoden van Velzen, *Comm. de hominis cum Deo similitudine*, in primis Pars post., disquisitionem continens, qua ad divinam pertinet Christi naturam. Gron. 1835, 37, et censur hujus Comm., quam dedit cl. L. G. Pareau in Diario *Waark, in liefde* 1838. p. I. pag. 141-176. Vid. et Calv. ad Joan. I: 18, et ad Matth I: 23.

2) Verba sunt Patris mei, quae habentur in ejus *Theol. Dogm.* ms P. III. C. II. S. II. § 6.

## CAPUT II.

*Quid exhibeant novissima Jesu dicta, ad reliquas  
Theologiae Dogmaticae partes pertinens.*

Haud sine causa momentum *dogmaticum* ultimis Christi dictis nos tribuisse, magis etiam apparebit, si viderimus, quid ea exhibeant ad reliquas Theologiae Dogmaticae partes pertinens. Quia in disquisitione ita versabimur, ut primum *Theologiae* proprie sic dictae, deinde *Anthropologiae*, porro *Soteriologiae*, denique *Eschatologiae* rationem habeamus.

## § 1.

*Theologia proprie sic dicta.*

Monere vix opus est, nos Theologiam proprie sic dictam dicentes, eam Dogmatis partem intelligere, quae *de Deo* agit (*τὸν λόγον περὶ τοῦ Θεοῦ*)<sup>1)</sup>. Neque est, quod de hujus placiti gravitate dicamus. Principem enim illud in Theologia dogmatica locum tenere, nemo facile negabit. Quid? si Dei cognitio omnis religionis principium dicendum sit et fundamentum, nonne in doctiore universae religionis doctrinae expositione, a *Theologia*, quam significavimus, est ordinandum?<sup>2)</sup> Sed hisce missis, jam videamus, quid de Deo nos doceant ultima Conservatoris, de cruce pen-

1) Vid. Hase *Hutt. Red.* Ed. 6. p. 13 sq. in annot.

2) Cf. Calv. *Inst. relig. Christ.* Lib. I. Cap. I. § 1-3.

dentis verba. Primum *esse* Deum, recte ex iis efficitur. Namque ter Deum invocat, precibus ad Eum missis, semel *Dei sui*, bis *Patris nomine* Eum appellans. Deinde eadem dicta haud obscure docent, *unum esse* Deum, ut adeo Christus moribundus confirmasse dici possit gravissimum hoc de *Deo uno* placitum, quod et populares Ejus profitebantur, et Ipse antea professus fuerat<sup>1)</sup>. Quodsi porro quaeritur, quo sensu unus ille Deus *esse* dicendus sit, utrum *subjectivo* q. d., an *objectivo*<sup>2)</sup>, novissima Christi dicta diserte respondent, cogitasse Eum Deum, ut *naturam a mundo, hominisque spiritu diversam, at humanas tamen res benigne sancteque curantem*. Itaque, auctore Jesu Christo, Dei legato et Filio, unico nostro Magistro<sup>3)</sup>, qui affirmare potuit οὐδαμεν, λαλοῦμεν, καὶ οὐχ ἔωράμαμεν, μαρτυροῦμεν — η̄ ἐμὴ διδαχὴ οὐκ ἔστιν ἐμὴ, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντός με<sup>4)</sup>, quique eandem, quam publice vivens exposuerat, doctrinam, in ipso etiam mortis articulo, professus est, Eo, inquam, auctore, non *Atheismi* tantummodo, sed et *Pantheismi* ac *Deismi* q. d. errores rejiciendi sunt. De *Atheismo* non est, quod dicam; sed de *Pantheismo* ac *Deismo* verbo monendum est. *Pantheismus*, „quo „dogmate,” recte monente Clarissio<sup>5)</sup>, „vix ullus,

1) Jan. XVII:3.

2) Cf. Dr. Staudenmayer, *Kritik der Vorlesungen Hegels über die Beweise von Daseyn Gottes*, in *Jahrbücher für Theol. u. Chr. Philos.*, herausgeg. von Kuhn, Locherer u. Staudenmayer, Giessen 1836, Vol. VII. pag 251-359.

3) Vid. Matth. XVII:5. XXIII:8.

4) Joan. III:11. VII:16.

5) *Encycl. Theol. epit.* § 82. p. 414. a. 15. ed. 2.

„si ab *Atheismo*, cui proxime adstat, discesseris, alias „error est capitalior”<sup>1)</sup>), ab aliis aliter describitur. *Hasius* ita eum definit, ut sit ea *persuasio, qua numinis et hominis religiosi conscientia commiscetur*<sup>2)</sup>. *Deismus* ille error dicitur, quo intima arctissimaque necessitudo, quae Deo cum mundo adspectabili atque intelligibili intercedit, tollitur, quo Numen supremum non tantum discernitur a mundo, sed prorsus ab eo veluti avellitur, rerumque universitatem, quam procreavit, jam sibi relinquere statuitur, nullam Ipse in conservandâ eâ regendâque adhibens efficacitatem. Utrique igitur errori ultima Christi dicta quam maxime repugnare, quis est qui non videat?<sup>3)</sup> Ille

1) Vid. quae de *Pantheismi* ratione praecclare scripsit Cl. Hase in I. *Hutt. Red.* ed. 6, p. 52, ubi inter alia haec habet: »Wenn Pantheismus nicht für die Meinung gehalten wird, dass alles in der Welt »Gott sey, welcher Einfall schwerlich einem Philosophen angehört, »sdn., wie diess wenigstens allein Bedeutung hat für die Dgmk., die »Lehre, dass das rel. Bwsts. des Menschen gleich sey dem Seyn Got- »tes im Menschen o. dem göttl. Slbstbw.: so ist jene Ph.“ (intelligit *Hegelianam*; adde et *Krausianam*, secundum ea, quae de hac philos. nuperrime scripsit cl. Scholten in Tract. *Over het Godsbegrip van Krause*) »allerdings pantheistisch, die höchste Rel. ist ihr da- »her das Aufgeben des individuellen Bwsts., als des Scheins u. der »Sünde, um in das Slbstbw. Gottes zurückkehrend unendliche Freih. »u. Seligk. zu gewinnen. In dieser panth. Richtung scheinbar nahe, »doch wesentlich entgegengesetzt dem Xthume, das eine Vereinigung »des Menschen mit Gott durch die Gesinnung, keine Vermischung »des Seyns bezweckt, u. insbes. der ev. K. welche durch das vor- »herrschende Bwsts. der Sünde das menschl. u. göttl. Bwsts. ent- »schieden trennt: war sie dennoch wichtig für die Dgmk.“ caett. Cf. omnino Twesten, *Vorles. u. die Dogm. P. II. S. I. p. 15 sqq.*

2) I. l. p. 128.

3) Vidd. quae ad *Pantheismi* errorem refutandum, praecclare scri-

enim *precatur* Deum; sed in *Pantheismo* nullus dari precibus locus potest. Ille precatur, ut Deus ipsi *adsit*, ac peccantibus delicta condonet, atque adeo hos *non puniat*; quorum neutrum neque in *Pantheismum*, neque in *Deismum* cadere potest. Ille Iatroni promittit, fore eum cum *Ipsa* in *Paradiso*, suumque *Ipse* spiritum Patri commendat; sed animorum immortalitas, vitaque post corporis mortem futura, quā beati cum conscientia sunt fruituri, cum Pantheismo consistere nequicunt. Contra vero gravissima Jesu moribundi verba *Theismum* ponunt, qui, monente Hasio, ea est *persuasio*, *qua hominis ad Deum ratio quaedam religiosa statuitur, ut personae ad personam, neque umquam altera alteri immiscetur*<sup>1)</sup>. Appellat enim Deum, *suum Deum*, Patremque; implorat Ejus auxilium; pro delinquentibus apud Eum intercedit, suumque spiritum Patris curae committit: quae luce clarior ostendunt, persuasissimum Ei fuisse de Deo, non modo a mundo spirituque humano diverso, sed curante etiam res humanas, sed favente suis cultoribus, sed preces eorum exaudiente, sed suum cuique pro meritis retribuente. Verum enimvero haec paulo accuratius et copiosius sunt exponenda, ut appareat, *qualem* Deum novissima Jesu, quae tractamus, verba

psit J. J. v. Oosterzee, *Leven v. J.*, p. 208 sqq. Cff. quos ibi citat scriptores H. Schmidt, *Voorl. over Wijsbeg.* edd. a F. C. de Gruyve, II. p. 309 sq. Tholuck, *Weihe des Zweiflers*, p. 180-184 et *De wereldeergeling of het Pantheisme d. dagen*, Amersf. 1844. collatā hujus libri justo acerbiore censura: *Het Panth. onzer dagen, in z. oorsprong, aard en beteek.* beschouwd door een Christen. Utr. 1846.

1) I. l. p. 127.

informent. Informant autem Eum ut *benignissimum*; namque spiritum suum Patri commendans, ponit Christus, suorum curam gerere Deum; latroni *Paradisi* beatitudinem promittens, ponit, Deum fidem Conservatori, ab *Ipsa* dato, habentibus, suaque peccata dolentibus, condonare, eosque aeterna felicitate beare; pro cunctis denique inimicis supplex apud Patrem intercedens, ponit, Deum omnibus omnino bene velle, et ad peccata condonanda proclivem esse. Eadem autem Christi dicta non tantum ut *benignissimum*, sed etiam ut *sanctum justumque* Deum nobis ante oculos ponunt. Apparet hoc ex ultima Jesu voce, quae cum proxime praecedente arctissime juncta est cogitanda, ita ut, peracto opere, jam cum plena animi fiducia spiritum suum Patri committere potuerit; quippe quod doceat, remunerari Deum mandata *Ejus* exsequentes. Eadem prorsus ratione antea precatus fuerat: *'Εγώ σε ἐδόξασα ἐπὶ τῆς γῆς· τὸ ἔργον ἐτελείωσα, δὲ δέδωκός μοι, ἵνα ποιήσω. Καὶ νῦν δόξασσον με, σὺ πάτερ, παρὰ σεαντῷ, τῇ δόξῃ, ἣ εἰχον, πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι, παρὰ σοί'*<sup>1)</sup>. Apparet itidem ex precibus, quas pro inimicis fudit; nam peccatorum veniam, poenarumque immunitatem a Deo pro iis implorat, suasque preces urget, additâ excusatione, quâ delictorum atrocitas culpaeque magnitudo diminuerentur, e quibus recte efficitur, Deum hominum actiones animadvertere, peccantesque punire, at ita tamen punire, ut culpae ratione habita, pro sanctitate sua et justitia, suum cuique tribuat. — Est igitur, docen-

---

1) *Joan. C. XVII: 4, 5.*

tibus ultimis Christi de cruce pendentis dictis, Deus benignissimus, clementissimus, ad condonandum proclivis, omnibus omnino bene cupiens; sed idem tamen sanctissimus etiam et justus. Vult omnium salutem, at ita vult, ut non nisi iis condonet, qui Sospitatori fidem habeant, suaque peccata dolentes, ad meliorem mentem convertantur<sup>1)</sup>. — Quanti autem harum virtutum divinarum cognitio sit momenti, ad rectam Dei venerationem, mutuumque in animis nostris amorem excitandum alendumque; quanti ad consolationem nostram atque ad emendationem, quis est qui non intelligat ac persentiscat?

### § 2.

#### *Anthropologia.*

Sed non tantum ad Deum, verum etiam ad *hominem* cognoscendum nonnulla exhibent ultima Jesu dicta. Est autem hominis cognitio *tum* arctissime juncta cum Dei cognitione<sup>2)</sup>, *tum* perquam necessaria, quod posterius antiqui jam viderunt Philosophi; unde praeclarum illud: γνῶθι σεαυτὸν semper in ore habebant<sup>3)</sup>. Videamus igitur, quid e laudatis Christi

1) Praeclare Twesten I. I. II. 1. p. 50: »Die vollkommenste Offenbarung der göttlichen Gnade erblicken wir in der christlichen Heilsanstalt; doch Keinesweges von der Gerechtigkeit getrennt (wie auch nicht denkbar ist;) sie ist eben so wohl eine ἴνδειξις τῆς δικαιοσύνης (Rom. III: 25, 26) als eine ἐπιφανεία τῆς Χριστότητος καὶ τῆς φιλανθρωπίας τοῦ θεοῦ (Tit. III. 4).“

2) Cf. Calv. *Instit.* L. I. C. I. § 1, 2.

3) Leg. omnino Heusdii *Init. philos. Platon.* et lib. inscr. *De So-*

verbis jure effici possit, ad humanae naturae cognitionem faciens. Quaesitum est olim, et etiamnunc quaeritur, utrum homo *duabus*, an *tribus* partibus constet. Posterius jam Isidorus *Gnosticus*, Basilidis fil., uti et *Manichaei* contenderunt, πνεῦμα animum bonum, lucis radium, e pleromate oriundum, ψυχὴν animum malum, *Demiurgi* opus habentes. E Patribus Ecclesiae hanc *Trichotomiam* propugnarunt Justinus *Martyr*, Tatianus, Irenaeus, nec non *Alexandrini*, Clemens et *Origenes*, pīs tantum πνεῦμα, caeteris non nisi ψυχὴν et σῶμα tribuentes. Contra Patres Latini, nominatim Tertullianus, Augustinus, alii alteram amplexi sunt sententiam. Estque ea distinctio inter animam et spiritum medio aevo a Graecis quoque rejecta. At nostro tempore haec *Trichotomia* a nonnullis iterum exponi coepta est et propugnari, adductis maxime dictis *Paulinis*, quae habentur 1 Thess. V: 23. Hebr. IV: 12<sup>1)</sup>). Sed in hanc quaestionem inquirere jam non possumus. Nos hoc loco tantummodo quaerimus, quid e novissimis Christi dictis effici possit ac debeat, ad hanc rem pertinens. Quodsi igitur haec dicta consideremus, fatendum est, Jesum

---

*cratische School*, in pr. T. II. p. 151-226. — Cf. etiam Calv. I. I. Lib. II. C. I. § 1-3.

1) Vid. Olshausen *de trichotomia hum. naturae N. F. SS. recepta*, in ejus *Opp. Theoll.* p. 143 sqq. Ejusdem *Comm. in Ep. ad Rom.* p. 261 sqq. Dähne, *Paulin. Lehrbegr.* p. 61 sqq. Stirm, *Anthropologisch-exegetische Untersuchungen*, in *Tub. Zeitschr. für Theol.*, 1834 p. 3. p. 1 sqq. Klaiber, *die neutestam. Lehre von d. Sünde und Erlösung*, 1836, p. 22. II. ab Haustedt, qui ipse hanc sententiam propugnat in *Pelt, Theol. Mitarb.* 1838, P. III. p. 12. n. 14 all. Cf. Bretschneider, *Dogm.* I. § 113. p. m. 802 sqq.

isti *Trichotomiae* minime favisse. Contra vero *tum* ex praeclaro, quod latroni supplici dedit, responso, *tum* e precibus, quibus spiritum suum Patris curae commisit, recte duci videtur, cogitasse Eum hominem, ex *corpore* et *animo* constantem. — Porro de *animo* haec Christi dicta quam disertissime nos docent, superstitem illum manere post corporis mortem, ac proin immortalem esse. Recte igitur Calvinus, *tum* de promissione latroni data: „Hinc colligimus,” inquit, „animas ubi a corporibus migrarunt, superstites vivere; alioqui lusoria esset promissio Christi, quam „etiam jurejurando confirmat,” *tum* ad ultimas Jesu preces haec animadvertisit: „quisquis in Christo crederet „non efflabit in aërem animam moriens, sed ad fidelem „depositarium confugiet, qui tuto conservat, quidquid „sibi traditum est a Patre.” Quanti autem hoc placitum de animi nostri immortalitate, cui tota Jesu doctrina, omnesque Ejus actiones innituntur, momenti sit, non est, quod dicamus. — Alia restant monenda. Scilicet ex hisce Sospitatoris dictis efficere licet, quanti Ille hominem fecerit, faciatque; nam precatur Deum pro hominibus, ut conserventur, gaudetque magnopere in mediis suis perpessionibus de homine, ad meliorem mentem converso; unde concludere possumus ad summam, qua, judice ipso Dei filio, natura humana gaudeat, praestantiam. Quid? quod haec Jesu verba hominem nobis ante oculos ponunt, non qualis *sit*, peccato inquinatus vitiisque deditus, sed qualis *vere* sit et ab initio fuerit. Etenim, quod Cicero jam monuit<sup>1)</sup>,

1) *Tusc. Quæst. L. I. C. 14.*

„dubitandum non est, quin specimen naturae capi „debeat ex optima quaque natura.” Veram igitur naturae nostrae indolem et praestantiam, summumque perfectionis gradum, ad quem escendere homo possit, conspiciendum praebent. — Ast eadem dicta nos docent, praestantissimam illam naturam ad atrocissima facinora prolabi posse. Simul tamen nos monent, non omnia peccata esse ejusdem generis; namque hanc, precibus, pro inimicis fusis, Conservator addit excusationem: *οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσι* unde patet, rejiciendam esse eorum sententiam, qui statuant, omnia peccata esse aequalia<sup>1)</sup>. Alia enim cum conscientia et consulto, alia ab insciis atque inconsidere patrantur: quorum illis major, his minor culpa est statuenda.

## § 3.

*Soteriologia.*

Progredimur ad aliam Theologie dogmaticae partem, quam *Soteriologiam* (*τὸν λόγον περὶ τῆς σωτηρίας*) nonnulli dixerunt, ut videamus, quid ultima Christi dicta contineant, ad eam pertinens. Describitur autem ab aliis aliter: unde plus minusve ad eam referri solet. Clarisse e. c. „Soteriologia,” inquit, „versatur, „partim, in tractandis iis, quae ad consilium Dei de „collapsis rebus humanis instaurandis tam generale, „quam speciale (*Praedestinationem*) pertinent; partim, „in felicitatis, a Christo recuperatae, partibus de-

---

2) Ita Stoici. Vid. Cic. *Parad.* III. "Οτι ίσα τὰ ἀμαρτήματα ειπτ."

„scribendis, (quae varie quidem a variis recensentur,  
 „potissimum tamen venia peccatorum, animi emenda-  
 „tione, restituto favoris divini sensu et beatae immor-  
 „talitatis, olim consequendae, certa spe cernuntur);  
 „partim denique in indicandis adipiscendae salutis  
 „conditionibus et ratione; ubi de Fide salutifera, cum  
 „vera resipiscentia conjuncta, ejusque professione agi-  
 „tur; item de Baptismo et sacra Coena; postremo de  
 „hominum, Deum ex Christianae doctrinae pree-  
 „ptis vere colentium, Societate hujusque natura, cri-  
 „teriis, praerogativis, et (quod nonnulli addunt —) de  
 „illius, quatenus externa est, regundae ratione”<sup>1)</sup>.  
 Pareau et Hofstede de Groot *Soteriologiam* ap-  
 pellari dicunt, „quia agit de humani generis, per  
 „peccatum, sive a Deo aversionem miseri, vera salute,  
 „posita in hoc ipso, quod ad intimam cum Deo con-  
 „junctionem, id est ad verissimam religionem perdu-  
 „citur”<sup>2)</sup> et, qualis variis temporibus fuerit, breviter  
 exponunt<sup>3)</sup>. Quamecumque autem definitionem praefe-  
 rendam esse existimes, unicuique, ultima Christi  
 dicta consideranti, patet, nonnulla iis contineri, ad  
*Soteriologiam* referenda. Ac *primum* quidem docent,  
 quid peccantibus maxime opus sit et a Deo expetendum;  
*deinde*, qua ratione gratuito Dei favore frui possint.

*Πάτερ, ἀφες αὐτοῖς* ita J esum pro inimicis suis  
 precantem audivimus. Peccatorum igitur veniam pro  
 iis a Patre precatur. Hac iis in primis opus erat;

1) *Encycl. Theol.* § 86. p. 435 sq.

2) *Comp. Dogm.* ed. alt. § 61. p. 110.

3) I. l. § 62. p. 112-115.

haec prae caeteris a Patre pro iis petenda erat. Quaeritur vero, quid ipse Conservator intellexerit, hanc peccatorum veniam a Patre precatus. Ad quam tamen quaestionem non difficile est respondere. Quodsi enim attendimus, *tum* ad loquendi usum, in V. T. libris obvium, quorum dicendi formula סְלַחֲתָ חַטֹּאתָ vel simpliciter סְלַחֲתָ ab interpretibus Alex. plerumque vertitur: ἄφεσις ἀμαρτιῶν, vel ἀλασμός<sup>1)</sup>, *tum* ad ipsius Christi dicendi rationem<sup>2)</sup>, ne de Apostolis dicam, *tum* vero etiam ad ipsorum peccantium, divino favore destitutorum, et peccatorum poenis obnoxiorum, conditionem, luce clarius appetet, verbis ἄφεσις αὐτοῖς petuisse Iesum poenarum immunitatem, favorisque divini recuperationem<sup>3)</sup>. Quicunque autem hanc peccatorum veniam adeptus est, is beatā etiam vitā, post mortem futurā, fruatur necesse est: quod promissio docet, quam Conservatorem latroni dedissem vidimus; qua de re deinceps monendum est.

Sed exhibent etiam Christi dicta, ad *rationem*, qua Dei favorem recuperemus, poenarumque immunitatem nanciscamur, spectantia. Attendamus modo ad praclarum Ejus dictum, qua latroni supplici aeternam pollicitus est beatitudinem, junctum illud cum hujus

1) Vid. Ps. CXXX. (τοῦτο δὲ CXXIX.) 4. XXXII. 1, 2. ubi habetur נִשְׁחָת ap. τοῦτο δὲ ἀφίημι. Deut. XXIX. 20. (Hebr. vs. 19) ubi occurrit סְלַחֲתָ ap. τοῦτο δὲ εὐθίλαχτεύειν.

2) Vid. Matth. IX. 2. Marc. III. 28, 29. Matth. VI. 12. coll. vs. 14, 15. XVIII. 23-35, coll. vs. 21, 22.

3) Cf. Patris mei *Disput.* quam Soc. Hag. praemio ornavit, in hujus *Opp.* a. 1835, p. 61 sqq.

confessione, precibusque. Quo tandem modo hic desideratam nactus est salutem? vel ut cum Calvino loquamus: „quibus clavibus latroni aperta fuit regni „coolorum janua?” Respondemus cum eodem, — „poenitentia et fide contentus est Christus, ut ad se „venientem ultro excipiat”<sup>1)</sup>. Profecto utramque summa cum admiratione in eo suspicimus. Intima affectus est *poenitentia*. Dolet peccata sua; confitetur ea sincere, adstante et audiente magna hominum multitudine; poenam, quam luit, justam esse agnovit, et, cum se ipse scelerisque socium condemnat, Jesu innocentiam celebrat. Οὐδὲ φοβῇ σὺ τὸν Θεόν, inquit, ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ κοίμασθαι εἶ; καὶ γῆμεῖς μὲν δικαιώσεις ἔξια γάρ, ὡν ἐπελέξαμεν, ἀπολαμβάνομεν· οὗτος δὲ οὐδὲν ἄτοπον ἔπραξε. Neque haec profitetur ad captandam Jesu, cruci scilicet affixi, benevolentiam; sed *timore Dei*, quem Dominum suum ac Judicem agnoscebat, duxit: quod ex ipsis ejus verbis appareat. Veram igitur sinceramque agebat poenitentiam; quippe quae posita sit in dolore propter peccata, quae commisimus, in eorum confessione, atque inde orto studio sincero, divinis praeceptis obtemperandi. Ejusmodi vero poenitentiam agere non potuisset, nisi *fide* etiam, in Deo Ejusque Filio reposita, ductus fuisset<sup>2)</sup>. Fidem autem eum habuisse Jesu Christo appetit; nam suppli- cibus hisce verbis Eum adit: μηδεθητί μου, κύριε, οταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. Dominum ergo suum

1) Vid. Calv. ad Luc. XXIII. 43.

2) De quaest. utrum *fides*, an *μετανοία* praecedere debeat, vid. Calv. ad Joan. I. 13.

ac Conservatorem Eum habet et agnoscit; ab Eo solo omnem suam salutem petit et exspectat; in Eo omnem suam fiduciam reponit<sup>1)</sup>. — Jam vero, hisce cognitis, beatae secum vitae socium eum fore Christus declarat. Unde certo certius apparet, ex Ipsius Servatoris sententia, *poenitentiam ac fidem* requiri in eo, qui, peccato deditus, poenarum immunitatem aeternamque salutem, quam Deus per Filium suum procurat, acquirere velit. Simul vero exinde apparet, quid statuendum sit de *Pontificiorum* sententia, bonis operibus, et quibus?, vim *meritoriam* tribuentium, et quantopere laudandi sint rerum ss. Instauratores, quum divinam gratiam, fide acquirendam, ex Christi Apostolorumque institutione, suaque ipsi indigentiae sensu ducti, iterum exposuerint et praedicaverint<sup>2)</sup>.

#### § 4.

##### *Eschatologia.*

Denique ultima Christi dicta nonnulla exhibent, ad eam Theologiae dogmaticae partem pertinentia, quae *Eschatologia* dici solet. In primis autem, imo unice fere hic in censum venit, dulcissima illa pro-

1) Fidei indoles ab aliis aliter describitur. Evidem adhuc meliorem non novi descriptionem, quam quae exhibetur in *Cat. Heid.* qu. 21. — Cf. P. v. d. Willigen, *Verw. op de — Verh. over het eigentl. wezen d. Christ.* p. 5-40. Hase, *Dogm.* § 108, p. 183.

2) Vidd. et alii, et Schleierm. qui I. I. I. § 141. p. 96: »Es giebt,« inquit, »keine andere Art, an der christlicher Gemeinschaft »Anteil zu erhalten, als durch den Glauben an Jesum als den Erlöser.«

missio, qua Conservator latronem, ad meliorem mentem conversum, est consolatus. Namque eâ docemur, non tantum, (quod ex ultima etiam Jesu voce, qua spiritum suum Patri commendavit, recte ducitur, et de quo antea jam vidimus), superstitem manere post corporis mortem animum, verum etiam, in qua conditione ille in vita futura sit versaturus, et a quo inde tempore beata ejus conditio sit incepturna. Etenim, quum Christus latroni pollicetur, eum cum Ipso fore in *Paradiso*, luculenter indicat, eum, post corporis mortem summam adepturum esse felicitatem; nam *Paradisi* nomine, quum locum intelligerent *Judaei*, nullis non deliciis affluentem, patet, promissionem commorationis in *Paradiso* significare beatissimam animi conditionem. Porro addit Christus, latronem fore *cum Ipso* in *Paradiso*: unde recte colligitur, futurum esse beatis laetum et cum ipso Christo, perenni verae salutis fonte, et mutuum inter se consortium. *Quando* autem latro promissam beatitudinem nacturus esset? Utrum *continuo* post mortem, an vero post aliquod tempus, vel ultimi demum judicij die? Fuere, qui statuerent, animos, a corpore se-junctos usque ad extremum judicium, a Christo habendum, sui inscios dormire; sed huic opinioni Conservatoris promissio, latroni facta, prorsus repugnat; neque est, quod in refellenda ea immoremur; quippe quae jamdudum refutata sit et explosa<sup>1)</sup>. Sunt

---

1) Vid. P. v. d. Willigen, *Naauwkeurig onderzoek naar de leer des Bijbels, aangaande den staat der zielen tusschen den dood en de wederopstanding der ligchamen*, in *Opp. Soc. Hag. a.* 1811.

etiam, qui arbitrentur, piorum animos in certo quodam loco, quem *Purgatorium* dicunt, expiandi causa, versari, antequam in coelestes transferuntur sedes, de quo *Pontificiorum* commento paulo accuratius videamus. Scilicet nonnulli jam Patres Ecclesiae saec. 2 et 3, in primis Clemens *Alex.* et Origenes credebat, vita terrestri defunctos, ad peccata expianda, suppliciis, et igne quidem purgatorio affectum iri. Augustinus statuebat, eos, qui, licet fidem Deo Christoque habuissent, ac bene facta patrassent, nimio tamen rerum terrestrium amore duci se passi essent, sempiternis quidem poenis liberatum iri, at non nisi, postquam per aliquod tempus cruciati essent, non expiandorum quidem peccatorum causa, sed ex dolore amissorum hujus vitae bonorum. Hanc opinionem saec. 6 Gregorius *Magnus* auctoritate sua propagavit, novisque ornavit additamentis. Deinde magis etiam saec. 7 et 8 invaluit; ita ut *Ecclesia Romano-Catholica* hoc commentum suum fecerit, atque in libris suis *Symbolicis*, ut dogma, ab Ecclesia receptum, professa fuerit. Ita in *Decretis Conc. Trid. Sess. VI.* in loco, qui est de *justificatione*, Cap. XXX. — „Si quis,” inquit, „post acceptam *justificationis* gratiam, cuilibet „peccatori poenitenti, ita culpam remitti, et reatum „aeternae poenae deleri dixerit, ut nullus remaneat reatus poenae temporalis exsolvendae, vel in hoc saeculo, „vel in futuro in purgatorio, antequam ad regna coelorum aditus patere possit, anathema sit.” Cf. et Sess. XXII. de *Sacrificio Missae* Cap. 2 et Can. 3; in primis vero Sess. XXV. initio, ubi peculiare exstat *de purgatorio decretum*, quo Synodus Episcopis praecipit „ut sanam

„de purgatorio doctrinam a sanctis Patribus et sacris  
 „Conciliis traditam, a Christi fidelibus creditam, te-  
 „neri, doceri, et ubique praedicari, diligenter stu-  
 „deant” caett. Ita et *Cat. Rom. P. I. C. VI.* q. 3. diserte  
 affirmat: „Est purgatorius ignis, quo piorum animae  
 „ad definitum tempus cruciatae expiantur, ut eis in  
 „aeternam patriam ingressus patere possit, in quam  
 „nihil coinquinatum ingreditur,” additque: „Ac de hu-  
 „jus quidem doctrinae veritate, quam et Scripturarum  
 „testimoniis et Apostolica traditione confirmatam esse  
 „sancta Concilia declarant, eo diligentius et saepius  
 „Parocho disserendum erit, quod in ea tempora in-  
 „cidimus, quibus homines sanam doctrinam non sus-  
 „tinent.” Haec *Ecclesia Romano-Catholica*<sup>1)</sup>. Quid vero  
 Christus? Uno veluti ictu totum illud commentum  
 prosternit praeclarum Ejus responsum, latroni datum.  
 Namque: *ἀμὴν λέγω σοι*, inquit, *σήμερον μετ’ ἐμοῦ*  
*ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ*. Affirmat igitur, intra hunc  
 ipsum diem, atque adeo *continuo* post mortem, spe-  
 ratā eum beatitudine esse fruiturum. Scio equidem,  
 quid afferant *Pontificii* ad infringendam argumenti vim,  
 quod pro nostra sententia e Christi dicto ducimus.  
 Scilicet monent, praeceunte *Augustino*, quem laudat  
*Bellarminus*<sup>2)</sup>, latronem illum *martyris* loco esse  
 habitum, atque ideo non in *purgatorium*, sed continuo  
 in beatorum sedes translatum esse. Verum haec sen-  
 tentia inanis est dicenda ac futile.

1) Plura ad historiam hujus dogmatis dant tum SS. hist. dogm.,  
 tum *Klee Kathol. Dogm.* T. III. p. 450-454 ed. 2.

2) In Op. saepius laud. ad l.

fundamento. Quid? quod, eā accepta, statuendum est, omnes Martyres, hosque solos tantā fidei pietatisque magnitudine excelluisse, ut mox ad beatorum consor-tium admitti potuerint. Provocant quidem, ut com-mentum suum tueantur, ad nonnullos locos, tum e Codice s. tum e libris *Apocryphis* (2 Macc. XII: 40) sumtos <sup>1)</sup>. Sed libris *Apocryphis* probandi vim atque auctoritatem denegamus, praesertim, si ipsius Iesu Apostolorumque doctrina eorum effatis repugnat. Quae autem e libris s. ad sententiam suam comprobandum duxerunt, haec perverse ab iis explicata sunt. Laudant Matth. XII: 32, unde efficiunt, in vitâ etiam post mortem futurâ, peccata posse remitti, atque adeo me-dium quendam statum inter coelum et infernos, su-mendum esse <sup>2)</sup>. Sed, monente jam Calvino ad l. „nullo negotio eorum calumnia refutatur. Primum „insulsi sunt, verbum *futuri saeculi* ad medium tem-„pus torquendo, quum extremum diem notari cuivis „pateat.” — Deinde „nota est eorum distinctio, gratis „remitti peccata quoad culpam, sed poenam ac satis-„factionem exigi. Jam fatentur nullam esse spem „salutis, nisi ante mortem remissa fuerit culpa. Mor-„tuis ergo nulla remissio superest nisi poenae. Atqui „negare non audebunt, sermonem de culpa hic ha-„beri.” Eundem statum intermedium indicari arbitrantiatur, Matth. V: 25, 26. Cap. V: 22. Luc. XII: 46-48 <sup>3)</sup>. Sed primo loco Conservator simili utitur,

1) Vid. Melanthonis *Ep.* ad *Oecolampodium* data, in *Corp. Re-formatt.* ed. a Bretschneidero, Vol. I. p. 95. Klee l. l. p. 450.

2) Vid. Klee l. l. p. 448.

3) Vid. Klee, l. l. p. 448 sq.

a debitore sumto, cui creditor nihil condonare vult, ut doceat, poenarum remissionem a Deo impetrare non posse eos, qui maligno erga alios sint animo <sup>1)</sup>. E duobus posterioribus locis nihil nisi duci potest, alterum peccatum altero gravius esse, et unicuique pro meritis retributum iri. Qui autem ex Apostolorum epistolis adducti a nonnullis sunt loci, Phil. II: 10. 1 Petr. III: 19, 20. 1 Cor. III: 11-15, ad comprobandum purgatorii commentum, hi ab ipsis prudentioribus Theologorum Romano-Catholicorum non admittuntur <sup>2)</sup>. Caeterum non omnes vita defunctos neque cādem, neque plenā continuo beatitudine fructuros esse, facile concedimus: ex quo tamen sequi negamus, quod inde ducunt *Pontificii*, placitum *de purgatorio* necessario esse accipiendum <sup>3)</sup>. — Atque haec quidem dicta sunto de iis, quae ex ultimis Jesu dictis duci possint ad nonnullas *Theologiae Dogmaticae* partes illustrandas vindicandasque. Videmur nobis recte iis tribuisse *dogmaticum* etiam momentum.

1) Cf. Heringa, *Verkl. der Bergrede v. J.* ad l. Aliter Calv. ad l., cuius tamen refutatio Pontificiorum omnino legi meretur.

2) Vid. Klee l. l. p. 449, 450.

3) Vid. Klee l. l. p. 454.

## P A R S IV.

(MORALIS s. PRACTICA.)

Exposito novissimorum Christi dictorum momento cum *Apologetico*, tum *Dogmatico*, restat, ut hac ultima disquisitionis nostrae parte, de momento eorum *Moralis Practico* videamus; quod optimo etiam jure iis tribui unicuique sponte in oculos incurrit: unde in exponendâ hac causâ brevioribus nobis esse licebit. Quodsi enim gravissima illa dicta paulo accuratius consideremus, patet, exhibere ea, quae vel ab omnibus singulisque Christianis, vel a sacrorum Antistitis sint praestanda. Itaque *bipartita* sit haec nostrae disquisitionis pars necesse est; quarum altera exponet de animi sensibus ac voluntatibus, quas omnes singuli Christiani, secundum ultima Sospitatoris verba, fovere debent ac manifestare; altera de iis, quibus sacrorum Antistites gaudere oportet.

## CAPUT I.

*Quid docent novissima Christi dicta de animi  
sensibus ac voluntatibus, quas omnes singu-  
lique Christiani fovere debent ac  
manifestare?*

Quo magis ultima Conservatoris dicta contemplamur, eo magis eorum gravitatem intelligimus et persentis-  
cimus: quod ut patuit ex explanatione momenti corum  
*apologetici* et *dogmatici*, ita et palam fiet unicuique, ad  
momentum corum *moralē* attendenti. Videamus igitur  
*primum* de eo, quod ex iis jure duci possit, ad omnes  
singulosque Christianos pertinens. — Quis autem est,  
qui Christi imaginem, quam ultima Ejus verba in-  
formant, nobisque conspiciendam praebent, mente cer-  
nens, non intelligat et persentiscat, quantopere Ejus  
contemplatio conferat ad eos animi sensus excitandos,  
alendos, manifestandos, quos erga ipsum Jesum  
Christum fovere nos oporteat? Quis non videt, Eum,  
uti in omni sua vita, ita et in iis, quae de cruce pen-  
dens locutus est, ὑποχρεωμόν nobis reliquisse, quod  
imitari nos deceat? Etenim haec ipsa dicta nos do-  
cent, quo animo nos esse debeamus, *tum* erga Deum,  
*tum* erga naturae nostrae socios. Sponte igitur hoc  
Caput in *tres* dividitur paragraphos. *Prima* agit de  
iis animi sensibus, quos erga Jesum Christum;  
*altera* de iis, quos erga Deum; *tertia* denique de iis,  
quos erga naturae nostrae socios, fovere ac manife-  
stare nos *Christianos* oporteat.

## § 1.

*Quid docent novissima Christi dicta de animi sensibus, quos erga Ipsum fovere ac manifestare Christianos oporteat?*

Ordinur ab iis animi sensibus, quos erga ipsum Jesum Christum fovere ac manifestare nos oporteat. Quod ideo hoc loco faciendum esse arbitramur, quoniam in contemplandis ipsius Iesu dictis atque imagine, quae iis informatur, versantes, non possumus non ad Illum Ipsum *primo* loco animum advertere. Itaque hoc consilio ultima Ejus dicta denuo recolamus, divinumque, quod conspiciendum praebent, simulacrum ante oculos nobis ponamus, ut exinde doceamur, quo erga Eum animo esse debeamus. Quod si facimus, *primum* quidem summâ Ejus *admiratione* ac *veneratione* imbutos nos esse debere, appareat. Quid enim? Nonne in summam abripiamur Ejus *admiracionem* necesse est, quum mente cernimus sublimem illam imaginem, quae, uti antea vidimus, nulla non lucet virtute, imo divina prorsus est dicenda? Nonne hac *admiratione* ducti, summâ Eum *veneratione* prosequamur? Conspiciendum enim Eum dant ultima Ejus verba hominem *integrum sanctumque*, qui in tanto rerum discrimine, quanto Ille, de cruce pendens, versabatur, nulla in re delinquebat, sed purissimo erga Deum Patrem, hominesque flagrans amore, sanctitatem manifestabat, omnibus suis numeris absolutam? Quum igitur omnium temporum pios quosque homines ac

religiosos, admiratione nostra et veneratione prosequi soleamus, quo tandem animo erga Christum nos esse oportet, qui ex omnibus, quotquot umquam vixerunt, hominibus, unum se praestitit ἀναμαρτητόν? Nonne Iulm singulari prosequamur admiratione et veneratione? Imo vero, quem perfectissimum hominem nobis informant ultima Ejus dicta, hunc cognoscendum etiam nobis praebent *Dei Filiū*, naturae divinae socium. Nonne igitur haec ipsa Jesu dicta nos jubent majore etiam prosequi Ipsum veneratione, quam quā quemque pium hominem colere solemus? Profecto *religiosam omnino venerationem* a nobis exigit de cruce loquens Christus. Quam cum dicimus, talem cogitamus, qualem Ipse publice vivens significavit, cum diceret: Οὐδὲ γάρ δέ Πατήρ οὐνει οὐδένας ἀλλὰ τὴν οὐσίαν πᾶσαν δέδωκε τῷ νίῳ. Ήτα πάντες τιμῶσι τὸν νίον, καθώς τιμῶσι τὸν Πατέρα κ. τ. λ. <sup>1)</sup>), qualemque Ei Apostoli tribuerunt <sup>2)</sup>. Quodsi *deinde* reputemus, eundem Jesum Christum, ultimis, quae de cruce pendens, protulit verbis, hominum etiam Conservatorem se significasse, qui ἀμαρτωλῷ, ad meliorem mentem converso, aperit *Paradisi* portas, cum summa veneratione, quam hanc etiam ob causam Ipsi debemus, junctum erga Eum esse debere appetit *amorem ardentissimum*. Hunc amorem jam quodammmodo in nobis excitare debuit summae Ejus praestantiae contemplatio; namque si verum est hoc antiquorum dictum: *virtutem, si oculis conspici posset, mirabiles sui excitaturam esse amores*, nonne

1) Vid. Joan. V: 22, 23.

2) Vidd. Rom. XIV: 9, 10. Phil. II: 10. Hebr. I: 6.

Jesum mirabiliter amemus, in quo, de cruce pendente ac dicente, illam vere suspeximus? Verum enim vero, ad summum omnino fastigium escendat Christianorum erga Christum amor necesse est, si Conservatorem suum, qualem de cruce pendens verbis se indicavit, contemplantur. Vidimus antea, qualem iis erga homines amorem manifestaverit; quali misericordia duceretur in eum, qui ab Ipso salutem suam unice expetebat; quo studio flagraret, omnes omnino servandi, ita ut vel pro atrocissimis inimicis precibus apud Patrem intercederet. Verbo, apparuit nobis Christus is, a quo solo omnis vera aeternaque salus in nos redundet, quiique promptus sit ac paratus ad omnes, qui Ipsum Conservatorem suum amplecti velint, sempiternum beundos. Nonne igitur jure contendimus, summum Ei nostrum amorem deberi? Quodsi enim verum est, quod est verissimum, *amorem parere amorem*<sup>1)</sup>, non potest non homo Christianus impensisime Christum diligere, qui ipsum prior tanto-pere dilexit. Sin vero accuratius in hujus erga Christum amoris naturam inquirimus, patet, illum spectare intimam Christiani cum Christo *conjunctionem*: quam conjunctionem egregie descriptis cl. Paréau<sup>2)</sup>, ubi inter alia haec monet: „Notandum est, „hunc erga Christum amorem vero nomine esse „amorem dicendum. Non modo studium est obse- „quendi Ejus praeceptis; hoc sane amoris erga Chri-

---

1) Cf. J. H. Scholten, *Disquis. de Dei erga hominem amore, principe religionis Christianae loco*, Traj. ad Rh. 1836, p. 136-138.

2) *Init. Instit. Christ. Mor.* § XXXIV. p. 282 sqq.

„stum fructus quidem est; amor vero ipse non est. —  
 „Neque modo est eorum, quae Christus olim egit,  
 „grata recordatio ad admirationem ejus incitans, quo  
 „modo Paulum, Joannem, *Reformatores* colere so-  
 „lemus; — illa cum Christi amore juncta quidem  
 „esse debet, neque tamen illa sola viventis praesen-  
 „tisque Conservatoris amor dici potest. — Veri nomi-  
 „nis est amor, quo viventem Christum diligimus.  
 „Cujusmodi amori, verissime ita dicto, inest et hoc,  
 „quod animus amabilitatis illius documenta identidem  
 „persentiat, et hoc, quod voluntate sua amans cupiat  
 „cum a sua parte vivere amico eique se vovere, tum  
 „simul amici praestantia frui, quam maxime ut sua.  
 „Scilicet uti appetitus humani omnes spectant con-  
 „junctionem rei expetitae nobiscum efficiendam, ita  
 „ille appetitus, qui vero nomine amor dicitur, studium  
 „est, non rem aliquam, sed aliquem hominem ipsum,  
 „sive personam aliquam ipsam nobiscum intime con-  
 „jungendi, ita ut ille totus noster sit, nos illi vivamus  
 „toti. Itaque vero amore Christiani et mentem suam  
 „suumque animum vovent, consecrant Christo, et  
 „Christi mentem voluntatemque vicissim sibi expe-  
 „tunt, accipiunt ut suam, in se ipsius spiritum susci-  
 „piunt. Christo cogitant, sentiunt, volunt, Christo  
 „omnino vivunt; vicissimque illius sententiam, sensa,  
 „studia reddunt sua, omnemque illius vitam spiri-  
 „tumque faciunt suum.” — Porro cum illo erga Chri-  
 stum amore summam etiam *fiduciam* junctam esse  
 debere, ultimis Ejus verbis itidem docemur. Talem  
 autem significamus fiduciam, qua *Christianus* firmiter  
 sibi persuasum habet, non hominum tantum, sed

*suum* etiam Conservatorem esse Jesum Christum, a quo *tum* in hac, *tum* in altera post mortem futura vita, omnem veram salutem exspectet. Ad hanc vero fiduciam fovendam egregie nos inducunt novissima Ejus verba. Quid? Num dubitaremus Illum ipsum, qui morti proximus, Paradisi Dominum se praestat, aeternamque largitur beatitudinem, jam ad Dei dextram sedentem, potentiam gaudere, quem velit, beandi? Num dubitaremus de benevolo Ejus animo, omnes, qui supplices ad Ipsum veniant, aeternam condonandam vitam, qui non tantum latroni, ad meliorem mentem converso, eam fuerit largitus, sed illius acquirendae copiam, atrocissimis etiam facere voluerit inimicis, precibus pro iis coram Deo fusis? Denique, quod negligi nolo, at verbo tamen tantum moneo, ipsa illa, quae consideramus, Jesu verba summo de Eo atque in Eo nos impleant *gaudio* necesse est; namque in Eo, qui hisce verbis talem animi magnitudinem sanctitatemque manifestavit, qualē admirari non sat possumus, naturae nostrae socium, adeoque naturae nostrae praestantiam suspicimus. — Atque haec quidem dicta sunt de iis animi sensibus, quos erga Christum *Christianum* hominem fovere oporteat ac manifestare.

## § 2.

*Quid docent novissima Christi dicta de animi sensibus, quos erga Deum fovere ac manifestare Christianos oporteat?*

Novissima Christi dicta non tantum nos admonent de animi sensibus, quos erga Ipsum fovere ac

manifestare nos oportet; verum etiam, quo animo *tum erga Deum, tum erga naturae nostrae socios esse debeamus.* Scilicet sublimem Ejus imaginem, qualem ea verba conspiciendam nobis praebent, quum mente cernimus, luce clarius appetit, uti in omni sua vita, ita hic etiam ἐπογκαμον nobis reliquisse Conservatorem, quod imitari nos deceat. Videamus ergo, quid suo Ipse exemplo de cruce dicens nos doceat, de animi sensibus ac voluntatibus, quas hominem Christianum erga *Deum* fovere ac manifestare oporteat. Ac *primum* quidem, egregie Jesu exemplo monemur, quo animo erga Deum esse debeamus, si quando in rebus adversis versemur. Christus enim, in mediis perpessionibus, quibus majores ne cogitari quidem possunt, quibus insons afficiebatur, et ab iis quidem, quos non nisi beneficiis cumulaverat, nullam emisit vocem querulam, e qua concludi possit, eum non acquiesisse in Dei voluntate, qui tot tantisque aerumnis Illum tradere videbatur. Contra vero, ut omnis Ejus agendi ratio, ita et novissima Ejus dicta docent, vere de eo scripsisse Petrum: παρεδίδον δὲ τῷ κοίνῳ τι μαίως 1). Neque tamen ejusmodi animi affectionem imitandam nobis proponit Christus, qua in Dei voluntate ita acquiescamus, ut omnem dolorum sensum reprimamus, omnemque vocem querulam suffocemus. Minime vero! Uti Ipse suis de perpessionibus queritur, prolata voce lugubri, ita et nobis licet, imo nos decet, quoties aerumnarum fluctibus obruimur, animi sensus, dolores nostros

---

1) 1 Ep. II: 23b.

significantes, prodere, Jesu exemplum secuti, Stoicamque istam virtutem, quae non nisi vana ostentatio dicenda est, aversantes. Ita tamen illos animi sensus manifestare nos oportet, ut coram Deo illos effundamus, precibusque ad eum confugiamus, ut a perpessionibus Ille nos liberet. Preces autem illae, quo animo fundendae sint, luculenter hic docemur. Fundere eas oportet, summa cum animi fiducia, quam Christus haud obscure significavit, Deum appellans Deum suum Patremque. Est vero inconcussa illa fiducia, quam in Deo semper, ac praesertim quidem in rebus adversis, collocare nos docet, cuius exemplum nobis exhibit de cruce loquens Christus, splendidissimum. Profecto, dilucide hic docemur, non tantum in prosperis rebus Deum Patris nomine invocare, sed in gravissimis etiam calamitatibus, imo etiam tum, quum favorem suum Deus nobis denegare videtur, nosque suavissimo hujus favoris sensu destituti sumus; quam certissime nobis persuadentes, Patrem nostrum coelestem his ipsis aerumnis ad majorem sanctitatem ac proin felicitatem nos velle adducere. Patet autem in ejusmodi fiducia fovenda exemplum nobis hic esse Christum, quae vere ita dici possit; nempe illa tum tantummodo adhiberi a nobis potest, quum acrumnae, quas patimur, non nobismet ipsis, neque nostrae culpae sunt tribuendae; sed, moderante Deo, ab hominibus injuria nobis inferuntur. Denique in ipso adeo mortis articulo illam in Deo collocandam esse fiduciam, suo nos Christus docet exemplo. Prouti ille enim moribundus summâ cum fiducia spiritum suum Patris

tutelae commendavit, ita et nos, instante morte, oportet, fide Ipsi habita, summa cum fiducia, animum nostrum in Dei manus reponere.

§ 3.

*Quid docent novissima Christi dicta de animi sensibus,  
quos erga naturae suae socios fovere ac ma-  
nifestare Christianos oporteat?*

Restat, ut videamus, quid novissima Jesu dicta nos doceant de animi sensibus, quos erga naturae nostrae socios fovere ac manifestare Christianos oporteat. Quodsi igitur praecleara ea verba denuo recolimus, sponte intelligimus, docere ea nos, quo animo esse debeamus, *cum* erga eos, qui affinitate nobis juncti sint, *tum* erga omnes omnino naturae nostrae socios, inimicos aequa atque amicos. Etenim vidimus antea, quam admirabilem in matrem Christus, de cruce pendens, manifestaverit pietatem; in qua igitur fovendâ exercendâque egregium nobis praebuit exemplum. Illius ergo vestigiis insistentes, nos quoque debitum honorem cultumque deferre parentibus oportet; imo vero, si Christum sequi velimus, et ad Illius exemplum nos informare, flagremus tanto pietatis erga parentes studio necesse est, ut nulla re nulloque tempore, ab ea abduci nos patiamur. Christus, de cruce pendens, in eo rerum discrimine versabatur, ut fere *ἀδυτατὸν* videretur, matrem cogitare, ne dicam ejus curam gerere. Attamen praecleara eam omnino ratione non cogitabat tantum, verum etiam

ostendebat, quam altâ mente repositam haberet summam erga matrem pietatem, Joannis tutelae eam commendans. Quid? quod Joanni etiam hac ratione consuluit; unde patet, nos, instantे morte, amicorum etiam curam gerere debere, quoad ejus fieri possit. Caeterum, ut cum summo Calvino loquamur:<sup>1)</sup>  
 „Hinc discimus, quomodo pietas in Deum et in homines colenda sit. Saepe accidit, quum nos aliquo vocat Deus, ut in diversam partem revocent parentes, uxor, liberi, ut non possimus omnibus pariter satisfacere. Si homines aequamus Deo, perversa ratio est. Praeferendum ergo Dei mandatum, praferendus cultus et honor: postea quoad licebit, jus suum hominibus quoque reddendum. — Incipiendum a Dei cultu, postea hominibus inferior dandus est locus. — Sicuti Christus matris curam habet, sed ex cruce, ad quam vocatus erat Patris decreto.”  
 Sed, quod prae cacteris animadversione est dignum, quam praeclarum, omniq[ue] laudatione majus Christus hic nobis exhibet exemplum amoris erga omnes naturae nostrae socios *tum amicos, tum* vero etiam inimicos! Suspeximus antea summam illam *benevolentiam*, qua de cruce pendens latronem supplicantem est prosecutus; eamque talem agnovimus, non qualis quidem saepius invenitur inter homines, qua quis, aliorum curam gerens, *primo* tamen loco sibi ipse prospicit; non qualis facile miseris, auxilium nostrum implorantibus, praestari a nobis potest, quum ipsi salvi sumus incolumesque, atque in rebus prosperis versa-

---

1) Ad Joan. XIX: 26, 27.

mur; sed, qualis prodit amorem, se ipsum prorsus abnegantem, qui, quod veri nominis *Christiani* amoris est criterium, *alii servit multo potius, quam ut ipsi serviatur.* Hunc ergo hic imitandum nobis reliquit Conservator. Itaque, quo tandem modo possumus, omnibus, nostrum auxilium invocantibus, continuo ac benevolo animo est succurrendum. Ab hac benevolentia ac misericordia praestanda nihil umquam nos abducat. Imo vero, tum etiam praestare eam hic docemur, quum pro ea omnibus, quae nostro commodo aliquatenus inservire possent, valedicere debeamus. Sed fortasse tantummodo cognatis, amicis, iis saltem solis praestanda est illa benevolentia, qui eam haud recusent, sed a nobis flagitent. Minime vero! Christus de cruce pendens pro *inimicis*, iisque Ipsi infensissimis, precibus apud Patrem intercessit, atque adeo praeclaro nobis est exemplo, omnes omnino homines vel nobis infestissimos, benevolentia nos prosequi oportere, et ad condonandum iis esse proclives veramque eorum salutem quaerere. Quo magis autem reputamus, quale φιλεχθρίας exemplum hic nobis reliquerit Christus, ad quod rite celebrandum verba deficiunt, eo magis summa ope niti nos decet, ut Ejus vestigia premamus, et, hac etiam in causa, ad Sospitatoris exemplum nos informemus<sup>1)</sup>.

1) Cf. H. G. J. van Doesburgh, *Comment. de φιλεχθρίᾳ* in Annal. Acad. Gron. a. 1820-1821. Ad omne autem hoc argumentum praeter laud. *Init. Init. Chr. Mor. Cl. Pareau*, cf. Reinh. *System der Christl. Moral*, Ed. 4. T. II. p. 419-428.

## CAPUT II.

*Quid docent novissima Christi dicta de animi sensibus ac voluntatibus, quas ss. Antistes fovere debet ac manifestare?*

Vidimus praecedenti Capite, quid ultima Jesu dicta exhibeant de animi sensibus ac voluntatibus, quas omnes singulosque Christianos fovere ac manifestare oporteat; jam vero videndum nobis est, quaenam iisdem praeclaris verbis insint, ad animi sensus voluntatesque respicientia, quibus peculiariter ss. Antistes gaudere debeat; ut aliter dicamus: respondendum nobis est ad quaestionem: quibusnam nominibus Christus de cruce loquens, ss. Antistiti ὑπογραμμὸν dicendus sit, quod imitari eum deceat. Ponit igitur haec quaestio, Christum de cruce loquentem dici posse exemplum, ad quod ss. Antistes se componere debeat. Quod summo jure ponit, quis est qui non perspiciat. Etenim ut, Ipso docente<sup>1)</sup>, in publicâ vitâ, ita et in morte exemplum suis Apostolis exhibuit, quod imitarentur. Deinde, divinam Christi imaginem, qualē novissima Ejus dicta informant, mente cernentes, in ea praesertim *hominum Conservatorem* agnoscimus, qui ad mortem usque *totus* in eo erat, ut homines, per peccata miseros, ad veram aeternamque salutem adduceret. Quid autem, nonne

1) Vid. Joan. XIII. 15. — Cf. Car. Aug. Theoph. Keilii Comment. de exemplo Christi recte imitando, in ejus Opusco. Academ. Sect. I. p. 100-135.

ss. Antistitis hoc in primis est munus dulcissimum simul et gravissimum, ut, Deo Christoque faventibus, quam plurimis hominibus dux evadat ad salutem sempiternam? Quodsi ergo ejusmodi convenientia obtineat Christi opus inter, a Patre Ei mandatum, atque ss. Antistitis officia, profecto haud sine causa Conservatorem, de cruce loquentem atque hoc ipso in opere versantem, exemplum dicimus praeclarum, ad quod in suo munere gerendo se informare oportet ss. Antistitem. Sed hisce breviter praemonitis, in exponenda hac causa per partes eamus. Scilicet novissima Jesu dicta nos docent *tum de principio*, quo duci debeat ss. Antistes, *tum de ratione*, quā gravissimo suo munere fungendum ei sit, *tum denique de animi sensibus*, quos morti proximus fore ac manifestare cum oporteat.

§ 1.

*Principium, quo duci debet ss. Antistes.*

Videamus igitur *primum*, quid laudata Jesu dictanos doceant de *principio*, quo duci debeat ss. Antistes, in gravissimo suo munere gerendo. Sed quid multis hic opus est verbis? Ex ipsis Ejus vocibus luce clarius patet, ductum Eum fuisse *amore* cum erga Deum, *tum erga homines*. Hoc principium erat, quo agebatur; hoc tantam in Eo vim et efficacitatem habebat, ut vel vehementissimis corporis animique doloribus se traderet, atque in exsequendo Dei mandato perseveraret, licet querulam istam vocem

emittere cogeretur, turpissimamque mortem subire deberet. Testantur illum erga Deum amorem praeclaras eae voces, quibus Deum *Deum suum Patremque* compellabat, quippe quae arctissimam intimamque significarent necessitudinem, qua cum Deo junctum se sentiret. Testatur etiam hunc amorem gravissima illa vox, quam peractum esse opus cum mundo communicabat; namque haec vox ostendit, summo repletum fuisse Eum gaudio, quod poculum, a Patre Ipsi datum, bibere potuerit, γενόμενος ἐπήκοος μέχρι θαράτου, θαράτου δὲ σταυροῦ<sup>1)</sup>. Testantur denique hunc amorem ea, quae de cruce pendens ad consolando servandosque peccantes dixit et precatus est; quippe quae eo tenderent, ut cum salute hominum Dei honos proveheretur. Quod ipsum sponte nos dicit ad exponendum verbo de amore, quo Sospi-tator erga homines erat affectus. Flagrantem hunc amorem suspicimus cum in precibus, quas pro inimicis suis fudit, tum in consolatoria, quam latroni supplici dedit, promissione. Quodsi igitur quaeris, quod duci debeat principio ss. Antistes in gravissimo suo munere gerendo, novissima Christi dicta hoc tibi dabunt responsum: non sacra auri fame, non honoris studio, sed amore erga Deum hominesque duci cum oportet. Hoc principium vigebat in Magistro ac Domino. Hoc igitur vigeat quoque in discípulo ac ministro. Tum demum ad Illius exemplum hic se conformabit, atque in gravissimo suo munere gerendo et Deo placere et veram hominum salutem pro-

1) Vid. Joan. XVIII. 11. Philipp. II. 8.

vehere poterit. Sed necessitatem hujus principii ad fungendum ss. Antistitis munere hic exponere non possum. Unum hoc monere restat, ultima Christi dicta ejusmodi nobis ante oculos ponere imaginem, ut, quod antea observavimus, non possimus non summo Eum amore prosequi. Itaque hoc etiam amore imbutus sit ss. Antistes necesse est: quo si repletus sit, lubenter quaevis pro Eo faciet et patietur, qui tot tantaque in hominum, in ipsius etiam gratiam fecit et passus est<sup>1)</sup>.

1) Cf. Augustinus *de doctrina Christ.* L. IV. C. XXVII. sq. Schott, die Theorie der Beredsamkeit caett. T. I. p. 421 sq. ed. 2. Heringa, Kerkel. Raadv. IV: 1. p. 170 sq. — Praeclare et acute pro suo more Cl. Harms in *Pastoral. theolog.* I. p. 6: »Man unterscheidet,« inquit, »zwischen dem Wort der Wahrheit, und zwischen der Wahrheit des Wortes, und begreift dieses, mit Unwillen von dem, der nun jenes hat, sich wegwendend, sich entfernt haltend unter dem Spitz- und Witzwort: Unser Prediger ist freylich rechtsgläubig, aber schwerlich ist er recht gläubig;« et p. 13: »Sey der Prediger ein Christ, ein Christ innerlich, so wird er es schon in seinem amtlichen Thun und Lassen zu treffen wissen, und umgekehrt, wenn es ihm in diesem Punkte fehlt, so wird er bey allen Pastoralregeln das Rechte doch nicht treffen,« caett. Succurrunt hic etiam egregia Tholuckii verba, quae habentur in: *Predigten über Hauptst. d. Chr. Gläub. u. Lebens.* Neue Ausgabe, B. III. p. 70. »Es kommt,« inquit, »nur darauf an: Was hat mich in das Predigtamt gerufen? Das Fleisch und die Aussichten des Fleisches von aussen, oder der Geist Gottes von innen? Die Stimme, die zu Paulus rief: »Es wird dir schwer werden, wider den Stachel auszuschlagen« muss ja in gewissen Sinne jedweden rechten Prediger des göttlichen Wortes berufen. Bin ich nun dess gewiss, dass sein Geist von innen mich berufen hat, so bin ich auch fröhlich in meiner Schwachheit, denn in meinem Amte selber habe ich das Siegel, dass seine Kraft in dem Schwachen mächtig seyn wird.«

## § 2.

*Ratio, quā fungi suo munere oportet ss. Antistitem.*

Quieunque Christum amat, ad Ejus etiam exemplum sese informare studet. Quod cum ita sit, sponte ducimur ad quaestionem, quid ultima Jesu verba nos doceant de *ratione*, quā fungi suo munere oporteat ss. Antistitem. Sunt autem haec. *Primum* luculenter ex iis apparet, debere cum *Evangelium* hominibus annuntiare. *Evangelium* dico; Christus autem de cruce loquens aperte docet, qualis laeta annuntiatio sit intelligenda. Consolatoria enim suā voce ad latronem factā haud obscure indicat, intelligendam esse laetissimam illam promissionem omnium peccatorum remissionis, beataeque post mortem futurae vitaē, τοῖς ἀμαρτωλοῖς annunciandam. Porro verbis, quibus latronem supplicem consolatur, dilucide se ipsum indicat, hujus Evangelii meditullium ac fundamentum. Quid, quod eandem hic Christus salutis viam ponit, quam Paulus Apostolus describit, quum<sup>1)</sup>: *Tῇ γάρι, inquit, ζετε σεσωσμένοι διὰ τῆς πίστεως* ναι τοῦτο οὐκ ἐξ ὑμῶν, θεού τὸ δῶρον οὐκ ἐξ ἔργων, ἵνα μὴ τις παυχήσηται. Hoc ergo *Evangelium*, hanc salutis viam indicandam atque exponendam esse ss. Antistiti apparent. Quibusnam vero? Num huic illive, quem ipse dignum judicet, qui audiat tale *Evangelium*? Num iis tantummodo, qui a foedissimis peccatis imunes se servarint? Minime vero! *Omnibus omnino*

1) Eph. II: 8.

hominibus annuntiandum illud est: iis quoque, imo  
 iis potissimum, qui longissime a pietatis via aberra-  
 verint, ut ad seriam poenitentiam se duci patientur;  
 nec dubitare debet affirmare, hos etiam, si peccata  
 vere dolentes ad Deum Christumque confugerint,  
 quantumvis magna sit eorum culpa, delictorum con-  
 donatione aeternâque vitâ certissime fruituros esse.  
 Docuit hoc ipse Christus suo exemplo, publice olim  
 vivens. Docuit praeclara omnino ratione, de cruce  
 ad latronem verba faciens. Etenim quam humanis-  
 sime et benignissime ei respondet. Non requirit am-  
 pliorem etiam peccatorum confessionem, nec dolen-  
 tem ejus animum magis etiam deprimit, ut peccatorum  
 dolor ad summum escendat fastigium, antequam eum  
 consolatur, ac conturbatum ejus animum tranquillum  
 reddit; sed *continuo* de peccatorum remissione beatâ-  
 que vitâ mox obtinendâ certiorem eum facit: unde  
 discere omnino debet ss. Antistes, prorsus rejicien-  
 dam esse eorum agendi rationem, qui animum pec-  
 cantis contritum, magis etiam deprimere soleant, aut  
 prima in homine verae poenitentiae initia negligant.  
 Contra, ubi vel minima verae poenitentiae  
 fideique vestigia animadvertisit ss. Antistes, ad Chri-  
 sti exemplum, ea fovere et excitare, animumque de-  
 missum promissione peccatorum veniae et futurae  
 beatitudinis, quam primum consolari atque erigere  
 debet. Hujus autem rei animadversio tum in primis  
 usu venit, cum, quod saepe accidit, ss. Antistes  
 vocatur ad hominem, qui antea peccato erat deditus,  
 nullumve verae poenitentiae ac fidei fructum dederat,  
 sed jam morti proximus, peccata sua se dolere con-

fitetur, et Dei Christique gratiam invocat. Nonne e Christi exemplo omnino discere hic potest ss. Antistes, quomodo cum istiusmodi homine agendum? Non est quod dicamus, primum quidem, quoad ejus fieri possit, inquirendum esse in naturam poenitentiac, quam ille profitetur. Nam, si luce clarius apparet, dolorem, quem de peccatis suis manifestat sentitque, tantummodo profluere e divinarum poenarum metu, absit profecto ut ss. Antistes, Dei Christique nomine, firmissimā vitae beatae post mortem futurae spe eum consoletur. Quodsi vero satis pateat, quoad illud ab homine cognosci potest, sinceram ei inesse poenitentiam fideique, quamvis parvae, initia, ss. Antistes ex Christi exemplo discat necesse est, non tantum licere, sed oportere eum, ut istiusmodi hominem laeta peccatorum remissionis et futurae beatitudinis exspectatione erigat ac consoletur<sup>1)</sup>. Sed alia etiam ss. Antistitem docet de cruce loquens Christus. Sieuti enim Ille Ipse, uti et Evangelium, quod annuntiabat, a plerisque id temporis hominibus rejiciebatur, ita et nostris temporibus ss. Antistes, salutisque via, quam hominibus indicat atque exponit, bene multis πρόσκομψα est et σχάνδαλον. Annuntianti ei Evangelium resistunt saepe haud pauci; imo nonnumquam infesto erga eum sunt animo. Quod si obtinet, quid quaeso facere oportet ss. Antistitem? Ad Christi exemplum non ira exardescere, neque vehementer in illos invehi debet, sed eorum misereri, sed benevolentia eos prosequi, sed precari pro iis

<sup>1)</sup> Cf. C. Broers, *Handb. voor jonge Predd.*, p. 131-135.

eum oportet. — Porro, si pugnandum ei est cum hujus vitae calamitatibus, aut cum iis difficultatibus, quae tot tantaeque muneri suo sunt propriae, ex Christi exemplo, pro se ipso quoque precantis, discere potest, ad Deum precibus confugiendum esse. Quod si faciat ss. Antistes, summa quoque cum fiducia in munere suo gerendo versabitur, de que cunctis, quae ei objiciantur, difficultatibus victoriam tum etiam reportabit, aquum iis succumbere videatur. — Tandem, quod non ultimo memorandum est loco, ss. Antistes in Christo de cruce loquente animadvertere debet, *exemplo* etiam suo multum omnino se posse conferre ad muneris sui finem attingendum, ut plurimis ad salutem aeternam dux evadat. Quid? nonne recte sumitur, magnam omnino vim in latrone, ad meliorem mentem converso, habuisse ipsam illam divinam Christi de cruce pendentis imaginem, quae nulla non virtute lucens, conspicienda ei praebebat? Profecto! et hujus etiam contemplatio eo valuit, ut ad poenitentiam et fidem adduceretur. Ita ergo ss. Antistitem quoque decet, ut suo ipse exemplo ostendat, quam vim atque efficacitatem habeat Evangelium, quod commendat, in conformandis hominum animis. In primis hoc modo, favente summo Numine, quam plurimos ad veram pietatem fidemque Deo Christoque habendam est adducturus. Contra vero, nisi ipse exemplum praebeat fidei virtutisque Christianae, utcunque vel omnium applausu, suum munus gerat, tota ejus Evangelii annuntiatio regni coelestis commodis nocebit magis, quam inserviet. Denique fidelis sit in omnibus ss. Antistes Dei minister, cunctaque gra-

vissimi sui muneris officia praestare studeat. Hoc etiam ex Christi de cruce loquentis exemplo discat. Perfecerat Ille opus, a Patre Ei peragendum datum. Hinc potuit exclamare: *Terélestas!*, suumque spiritum, plenâ cum animi fiduciâ, Patris curae committere. Hoc sibi exemplum continue ante oculos ponere debet ss. Antistes, summâque ope niti, ut in dies similior ei evadat. Fateor, numquam illud assequetur; sed quo magis fidei atque amoris vineulo cum Christo est conjunctus, eo magis etiam ad Illius imaginem conformabitur; atque sic continget, ut, muneric vitaque fine appropinquante, ad peractum opus respi- ciens, pro suo scilicet modulo, cum Conservatore suo ac Domino possit exclamare: *Terélestas!*

## § 3.

*Animi sensus, quos ss. Antistitem, morti proximum, fovere ac manifestare oportet.*

Restat ut verbo moneamus de animi sensibus, quos ss. Antistitem, quum mortem instare sentit, fovere ac manifestare oportet. Est tamen observandum, nos minime de omnibus animi sensibus, quibus morti proximus gaudere debet, hic exponere posse. Quaeritur tantummodo, quid ex ultimis Iesu dictis effici possit, ad hanc causam pertinens: quam paucis hisce verbis complecti licet, quoniam nonnulla, huc etiam spectantia, jam antea exponere debuimus. Itaque ut Christus, ita et ss. Antistes, morti proximus, omnem suam fiduciam in Deo reponat, suaequi in-

digentiae convenienter ad Eum confugiat. Ut Ille, ita et hic loquatur, quoad ejus fieri possit, ut alios consoletur atque emendet. Ut Ille, ita et hic omnibus, ipsum videntibus et audientibus, palam faciat, quantum fides, Deo habita, vitaeque bene peractae recordatio conferant ad animi tranquillitatem, in ipso mortis articulo conservandam. Denique, ut Ille, ita et hic, licet suae sibi tenuitatis culpacque sit conscientius, at fide tamen optimo suo fidelissimoque Conservatori habitâ, moribundus peractum esse suum opus testetur, suumque spiritum Patris sui curae commendet 1). — Faxit Deus, Pater noster clementissimus, atque his precibus qualicunque meae disputationi finem impono, ut èt caeteri omnes Antistites, èt vero etiam ipse ego, peracto nostro opere, in vitae fine, ad hominum nostrique Sospitatoris exemplum, exclamare possimus: Τετέλεσται· Ηάτερ, εἰς γείρας σου παραθήσουμαι τὸ πνεῦμά μου!

---

1) Cf. Broers I. I. p. 221-223.

## QUESTIONS.

- I. Tunc enim maxime Novi Testis, primarium Thologum dogmatica constituit totum.
- II. In hisce interpretatione et Quicce est in libellum?
- III. Epistola Pauli ad Ephesios significans de legibus.
- IV. Multe sententiae de scripturis sensus et significatio in interpretatione Dr. Heitius, Opp. Vasingtoni, p. 316 add. lectio selecta.
- V. Petrum XXII Missionem electam.
- VI. Scripturam patrimonio Optatam de circa beneesse, sumisse locis contumiam, et eo dicitur dicens dum Dicunt p. 84, iudicavit.
- VII. Autemque sunt scriptum illae access.

## QUAESTIONES.

---

### I.

Libri sacri, maxime Novi Foederis, primarium  
Theologiae dogmaticae constituunt fontem.

### II.

In librorum sacrorum interpretatione a Critica est  
incipiendum.

### III.

Epistolae Pauli ad Ephesios authentiam defendimus.

### IV.

Mori sententiam de discrimine sensus et significatio-  
nis in interpretando, Cl. Heringa, *Opp. Exeget.*  
*et Herm.* p. 376 sqq. recte rejicit.

### V.

Psalmus XXII Messiam spectat.

### VI.

Septem tantummodo Christus de cruce pendens,  
emisisse voces contendimus, et eo quidem ordine,  
quem Dissert. p. 84, indicavimus.

### VII.

Authenticae sunt septem illae voces.

## VIII.

Apostolis, Evangelium annuntiantibus, non humana tantum, sed divina etiam tribuenda est auctoritas.

## IX.

Gravissimum in Apologetica est argumentum, o testimonio *Spiritus sancti* ductum, at primum tamen locum minime ei assignamus.

## X.

Ea est Christi imago, ab Evangelistis descripta, ut neque ab iis, neque a Christianis primaevi fangi potuerit.

## XI.

Nulla adhuc condita est *Christologia*, qua divinae atque humanae naturae, in Christo conspicuae, conjunctio, explicata sit ratione, et sacri Codicis doctrinæ, et veræ philosophiae enunciatis consentanea.

## XII.

Laudanda in eo videtur Ecclesia Reformata, quod rejecto tum *Nestorianismo*; tum *Eutychianismo*, utriusque naturae in Christo conjunctionem non ulterius studuerit explicare.

## XIII.

Rejiciendus est et *Docetismus* et *Eljonismus*.

## XIV.

Appellationes τοῦ νιοῦ τοῦ θεοῦ atque τοῦ Χριστοῦ nequaquam ἴσοδυταμούντες sunt habendae.

## XV.

Gravissimus de officiis locus minime est negligendus in *Theologia moralis*.

## XVI.

In annunciendo Evangelio ss. Antistitem uti oportet oratione populari.

## XVII.

Recte Schleierm. der Chr. Glaube, caett. II. § 138 p. 417. „Die Kindertaufe“ inquit, „ist nur „eine vollständige Taufe, wenn man das nach vollendetem Unterricht hinzukommende Glaubensbekentniss als den letzten dazu noch gehörigen Act „anzieht.““

## XVIII.

Socratica interrogandi methodus non semper adhiberi potest in institutione doctrinae Christianae Catechetica.

## XIX.

Privata admonitio, paulo ante sacrae Coenae celebrationem facta, haud uno nomine prodesse potest, modo recte instituatur.

## XX.

Oratores sacri, ad concionem verba facientes, distinguere debent inter Christianos vere ita dicendos, atque eos, qui hoc tantum nomine dicuntur.

## XXX.

## XXXI.

## XXXII.

EMENDANDA.

---

Pag.	5 lin.	5 Christi	leg. Christo
—	6	— 17, 18 ήλι	— ήλι
—	8	— 15 διαπέραν	— διαποράν
—	9	— 12 ἀνείδισάς	— ἀνείδισάς
—	15	— 12 soluta	— solutum
—	23	— 1 Patre	— a Patre
—	24	— 5 interpretur	— interpretetur
—	26	— 18 πεπειραμένον	— πεπειραμένον
—	43	— 13 psychologicum	— psychologicum
—	57	— 10 Εἰστήκεισαν	— Εἰστήκεισαν
—	63	— 30 Quar	— Quare

